JOH. LAURENTII BAUSCHI

Med. D. & Phyſici Reip. Suinfurtenſis
Ordinarii

SCHEDIASMATA BINA

CURIOSA

DE LAPIDE

HÆMATITE

ET

ÆTITE,

ad mentem

ACADEMIÆ NATURÆ

CURIOSORUM

congeſta.

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUEL

LIPSIÆ,
Impenſis VITI JACOBI TRESCHERI,
Bibliopolæ Uratislavienſis.
Typis JOHANNIS-ERICI HAHNII,
ANNO M DC LXV.

DE LAPIDE
HÆMATITE ET SCHISTO SCHEDIASMA,

ad modum & mentem

ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM

congeſtum,

à

JOH. LAURENT. BAUSCHIO,
M. D. & Phyſico Reipubl. Suinfurtenſis Ordin.

cum præmiſſo

PROOEMIO HÆMATO-TRAUMA-
TOLOGICO.

In lapidis Hæmatitis ſeu Sochitis
ſchediaſma ab Exc. Ioh. Laurent. Bruſchio, Præſide & Authore Collegii Naturæ Curiſorum, elaboratum.

Eſta ſuo gremio vaſto pretioſa recondit
Munera, quæ infirmis commoda mille ferunt.
Non cuivis fas eſt ſacram expilare Faviſſam
Naturæ, gazas maxima Mamma tegit.
Aurea Phryxei pecoris ceu vellera qvondam
Igni pedesq; Boves, igni vomusq; draco
Cuſtodes tennere diu, turbamq; profanam
Ingreſſu arcentes, Feſſoniaq; gregem:
Aſt tamen Æſonidis virtus Minyæq; cohortis
Robora vicerunt cuncta labore ſuo.
Tu decus Aonidum B A U S C H I, *tu Palladis hæres,*
Qvem Podalirus amat, quem fovet Hippocrates.
Tu lecta Ductor Turba, Tu noſter Jäſon,
Naturæ pandis qvæ latuere diu;
Qvos lapides teneat nido Jovis armigerales,
Germula Sochites commoda qvotqve ferat.
Te duce, nos ſocii gazas referrabimus omnes
Vel qnas terra gerit, vel tegit oceanus.
Te Duce, non Momi terret nos lingua biſulca,
Avocat aut ſtudium Scylla, Celeuſima, Notus.
Munera poſteritas carpet de divite Cornu,
Multo quæ Medici parta labore dabunt.

Uratisl. Silſ. deproperabat
29. Sept. 1659.
Philippus Jacobus Sachs
à Löwenheimb/ Ph. & Med. D.
Acad. Cur.

Pro-

Proœmium hæmatologicum & travmatologicum.

SAngvinem vitæ eſſe theſaurum, vel meliorē theſaurum naturæ,(ut loqvitur lib. Galeno aſcriptus de anat. vivor) is ſaltem inficiabitur,qvi vel in Sacro Codice hoſpes, vel immodicam ſangvinis profuſionem, aut confeſtim, aut lentè,vi nempè morborū hanc hæmorrahgiam ſeqventium, necem hominibus intuliſſe non viderit.

Sacra etenim pagina ita Gen. 9. v. 2. Deut. 12. v. 16. & 23. Levitic. 3. v. 17. & 7. v. 26. & 17. v. 11. 14. Anima omnis carnis in ſangvine.

Hinc Philoſophi veteres (è qvorum cenſu fuit Philo & Critias,qvorum meminit Ariſtot. l. 1. de animâ c. 2.) putârunt, ſangvinem eſſe animam: ut & Poëta ſcribat,

Purpuream vomit ille animam ——
Et l. 1. Æneid. v. 102.
—— Tuâqvè animam hanc effundere dextrâ.

Qvamvis verò non ipſa ſit anima, eſt tamen animæ ſedes ſangvis, & ſpiritus vitalis vehiculum,

culum, adeò,ut non immeritò ſcribat Virgil, l. 10. Æneid. v. 487.

Unâ eâdemqve viâ ſangvisqve animusqve ſeqvuntur. Et eodem libro v. ult.

Undantiqve animam diffundit in arma (al. arva) cruore.

Et alius Poëta:

—— Atqve animam calido cum ſangvine fudit.

Non minus Phyſicè qvam piè ita L. Duretus in Coac. prænot. Hippocrat. l. 3. tr. 2. cap. 1. §. 8. Eſt ratum illud perſuaſumqve piis omnibus Chriſtianis, qvod ab exhauſto ſangvine animalitas ipſa perit, ac tùm humanæ actiones qvieſcunt, olim conjunctæ cum animali: qvo pereunte, illinc diſcedunt, & cum parente ſuâ mente divinâ migrant ad Dominum Deum creatorem ſuum.

Si multum ſangvinis effluat, anima deficit: (hoc eſt lipothymia & ſyncope oboritur) ſi nimium, vita interit. Ariſtot. hiſtor. animal. l. 3. c. 19.

Nimiâ, aut nimis freqventatâ ſangvinis miſſione, abbreviatur vita. J. Walæus meth. med. pag. 156.

Nota eſt, *Senecæ* mori à Nerone juſſi, ideoqve mortem ſibi conſciſcentis, & animam cum ſangvine exhalantis, *ob apertas brachiorum & pedum venas*, hiſtoria, ex Tacito l. 15. annal. c. 54. Dione l. 62. in Nerone f. m. 713.

Simi-

Simili mortis genere juſſu Neronis interiit *L. Piſo*, & *M. Annæus Lucanus*, Poëta. Tacitus l. c.

Hoc modo etiam vitam ſibi ademerunt *PætusThraſeas* Patavinus, itidem à Nerone propter ſuſpicionem affectatæ libertatis damnatus: Ravis ex Taciti l. 16. annal. Dione l. c. *L. Vetus cum ſocru Sextiâ & filiâ Pollutiâ.* C. Hoffmañ. comm. in l. 6. Galeni de uſu part. c. 21. t. 428. ex Taciti l. 16. *L. Cornelius Merula*, conſularis & flamen dialis; Val. Maxim. l. 9. c. 12. Vell. Paterc. l. 2. *Qvintilius Auguſtus*. Sabellic. Enn. l. 7. c. 7. Cuſpinian. de Cæſarib. f. 78. & 80. ex Vopiſco. *Florianus Imperator*: Cuſpinian. de Cæſarib. f. 80. ex Sexto Aurelio.

Cum igitur ſangvis ſit fomes caloris nativi & domicilium animæ, Judæis ejus eſus fuit interdictus. Levit. & Deuteron. ll. cc. item Levit. 19. v. 26. & 1. Samuel. 14. v. 32. 33. 34. & diu antea Patriarchæ Noæ Geneſ. 9. v. 4.

Videmus etiam alias animæ actiones miro modo in ſangvine elucеſcere: nempè fervet per iram, fugit per timorem, (nemo eſt tantâ confidentiâ, qvin refugiat timido ſangven, atqve exalbeſcat metu: Cicero de Oratore l. 3. Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſangvis. Virg. Æneid. 10. v. 452.) per mœſtitiam pigreſcit, per gaudium effunditur, per pudorem in faciem occurrit. P. Vaſc. Caſtell.

de affect. thoracis tr. 4. c. 4. pag.334. ebulliendo prodit in recens occiſo, præſente occiſore. Fr. Valleriola l.2. obſ.7. & 9. R. à Caſtro Med. polit. l. 4. c. 3. A. Mizald. Memorabil. cent. 1. ſ. 4. Vid. Gr. Horſtius epiſt. med. ſect. 9. pag. 432. & ſeqq. L. Strauſs in Theatro Sympath. pag. m. 245. M. Delrio disqviſ. magic. l. 1. c. 3. q. 4. & l. 5. ſect. 4. verſ. 20. L. Gilhauſen arb. judic. crim. c. 6. part. 7. §. 77. 78. 79. P. Heigius, qvæſt. juris, parte poſter. q. 39. à n. 96.

Ad prudentiam maximam etiam partem conferre ſangvinem, qvi eſt in homine, ex Hippocr. 1. de morbis t. 28. demonſtrat Ang. Victorius conſ. 40.

Ob hanc ſangvinis præſtantiam Cicero ad Atticum l. 4. vigorem & vim civitatis, vocat ſuccum & ſangvinem, dum ſcribit: Amiſimus omnem ſuccum & ſangvinem civitatis.

Verè autem & in homine vigor corporis & vita ipſa, ut jam dictum, & amplius dicetur, amittitur, ſangvine amiſſo & effuſo. *Si ſangvis ultra modū per nares excernatur*, qvandoqve ad mortem ducit. H. Saxonia prælect. pract. part. 1. c. 23. §. 4.

Exempla hæmorrhagiæ narium lethalis habent Höchſtetter. obſerv. dec. 1. caſu 3. & 4. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 72. Multi enim in febribus malignis & peſte ex nimiâ hâc hæmor-

morrhagiâ in principio morbi factâ, periêre. J. E. Burggrav. Tract. von der Ungariſchen Haupt-Schwachheit c. 1. pag. 15. Vid. etiam Th. Jordan. de phænom. peſtis tr. 2. c. 5. pag. 298. ſeqq.

Eliſabetha, Dn. M. Joh. Melch. Göbelii, Suinfurtentis, Paſtoris Wertheimenſis p. m. filia, 19. annorum virgo, menſtrua tamen nondum experta, poſt perpeſſos undecim paroxyſmos febriles Tertianarios, febre ceſſante, Anno 1660. 6. Junii, circa undecimam pomeridianam incidit in enormem hæmorrhagiam narium, ſangvine è nare ſiniſtrâ inceſſanter & ἀθρόως ultra libras octo, ponderis civilis, profluente, usqve dum (qvidqvid medicamentorum etiam, tàm intrà, qvàm extrà, adhiberetur) 7. Junii, mediâ tertiâ pomeridianâ animam exhalaret.

Noſtrâ ætate, inqvit Alexand. Benedict. l. 4. c. 4. contigit Venetiis, tonſor qvidam cum in naribus pilos incommodos forcipe concideret, venulam incautè ſecuit, tantoqve impetu ſangvis erupit, ut ſiſtendi modum medici plurimi non adinvenirent, & ille miſerè vitam finivit. Qvam hiſtoriam ſuis obſervationibus addidit R. Dodonæus pag. 210.

Hinc vibriſſis vi evulſis nō rarò inſignem hæmorrhagiam inſeqvutam, obſervavit Glandorp. de Polypo c. 1. pag. 2.

Sangvine multo de naribus effuſo interiit *Attila, Hunnorum Rex*, referente Blondo & Sigeberto: *Alexander, Baſilii Macedonis filius*, & poſt fratrem Leonen Imperator R. Volaterran. anthrop. l. 23. Cuſpinian. l. c. f. 216. Hæmorrhagia periculoſiſſima curata. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 17.

Puer qvidam cum fricaret manu *gingivas*, cæpit ſangvis fluere ex illis, donec mortuus eſt. Alſaharav. apud. Schenkium l. 3. obſerv. fol. m. 458.

E *loculo dentis* longo tempore ſangvinem profluiſſe, qvi nullis remediis ceſſit, ægrumqve tandem ſuſtuliſſe, ex Hollerio refert Sennert. pract. p. 1. l. 2. c. 14. Fabro ferrario ſangvinis fluxus tridulanus poſt extractum dentem caninum lethalis fuit. Plater. obſerv. l. 3. pag. 726. Hinc in extractione dentis ſivè tenacius firmiterqve infixi hærentisqve, ſive maxillæ continuati, connativè aliqvando periculoſa & vix compeſcibilis hæmorrhagia ſubſeqvitur. Paræus Chirurg. l. 16. c. 27. M. Sebizius de Dentib. diſp. 2. th. 106. ex Riolano, & diſput. 4. th. 182. evulſionem dentis digitis ſolùm factam, ingens ſecuta eſt hæmorrhagia. Valleriola l. 5. obſ. 3.

Hippias, Piſiſtrati filius, ruptis venis confertim *ſangvine per oculos* effluente extinctus. Heurn. de morb. pector. c. 6. ex Suida.

Qvis

Qvis in praxi medicâ paucis ſaltem annis verſatus, non obſervavit pluries, aut *tuſſi ſangvineâ* (qvam malam vel calamitoſam eſſe, Hippocr. innuit, 4. §. 25. & Galen. in comment.) ſubitò extinctos; (qvod hîc Suinfurti ancillæ cuidam 20. annorum, ex hæmoptyſi, in plateâ Anno 1646. 26. 8br. contigit: & juveni apud caſtellum album, uxorem incubam ſæpè facienti, ſangvinis rejectione intra diem mortuo, apud Amat. Luſitan. cent. 5. ſchol. cur. 86. & juveni Magiſtro Tubingæ ex nimio ſaltu poſt balneum, indeqve venâ pulmonis ruptâ, fluxione ſangvinis intra triduum mortuo: J. Manlius libell. med. pag. 750.) aut exulcerationem pulmonum lethalem (*φθίσιν* vel *φθόην* vocant) etiam 20. vel 30. annis, qvod notat N. Tulpius obſ. l. 2. c. 11. præceſſiſſe *αἱμόπτυσιν* ſeu ſputum ſangvinis?

Cernis ut è molli ſangvis pulmone remiſſus
Ad ſtygias certo limite ducit aquas?

Ait Ovidius 1. de Ponto eleg. 4. v. 19. 20.

Sangvinis enim ſputum puris expectoratum, hoc phthiſis ſeqvitur. Hippocr. 7. §. 15. 16. 72. Fr. Valleriola l. 3. obſ. 6.

Exempla apud hiſtoriographos Medicos paſſim ſunt obvia. Videatur J. Langius l. 1. epiſt. 40. Fr. Valleriola l. 5. obſ. 6. P. Foreſt. l. 16. obſ. 12. 14. 16. 18. 19. Læl. à Fonte conſ. 36. pag. 129. PP. Höchſtetter cent. 4. obſerv.

Gabe-

Gabelchöveri, cur. 15 Ph. Höchſtetter. dec. 2. caſu 7. Jac. Bontius medic. Indor. obſ. 2. N. Tulpius obſ. l. 2. c. 11. 12. 13. 14. l. P. Lotich. obſ. med. l. 3. c. 2. obſ. 4.

Qvi ex *vomitu ſangvinis* qvamplurimos mortuos ipſemet non vidit, adeat Hippocr. 5. Epiden. t. 17. L. Duret. in Coac. Hipp. l. 3. tr. 4. c. 1. §. 6. Foreſt. l. 16. obſ. 24. F. Plater. l. 3. obſ. pag. 752. Dodonæum obſ. c. 26. & in ſcholio. G. Horſt. in præfat. ad part. 2. obſerv. & part. 2. l. 4. obſ. 3.

Hoc vomitu etiam extinctus *Ariſtobulus, Rex Judæorum*: Joſeph. antiq. Judaic. l. 13. c. 19. *Valentinianus Senior Imperator*: Socrat. hiſtor. tripart. l. 8. c. 11. Vide J. Heurn. de morb. pect. c. 6.

Ita Lipſiæ ſtudioſus quidam Weſtphalus, *Andreas* von Bergen/ vomitu ſanguineo ſubitò ſuffocatus. In cadavere ſectione aperto mira conſpecta ſunt. Omentum cum ventriculo ſupra diaphragma in thorace latitabat: duodenum cum portiunculâ pancreatis diaphragma per peculiare foramen amplum, nerveo circulo circumſcriptum, in ſiniſtro latere perreptabat: duodenum hoc cum reliquis inteſtinis continuatum erat usque ad colon, quod ex abdomine per dictum foramen in thoracem tranſiens, ibidem cum omento, cui firmiter erat annexum, ventriculi fundum in duas

qva-

qvaſi partes dividebat, & rurſus miro anfractu deorſum tendens, atque eâdem viâ ex eodem diaphragmatis foramine rediens, inteſtinum rectum longum ſatis, ac gracile, & conſpicuis rectis transverſisque præditum fibris conſtituebat: Epar inſolitæ magnitudinis, ut ſcilicet ſpatium, deficiente ventriculo, expleret, diaphragmati annatum erat: Ventriculus â thorace cætera liber inferiori parte ligamentis aliqvot membranoſis diaphragmati ac pleuræ circa coſtas ſpurias adhærebat; ſuperiori claviculas ferè attingebat, ſiniſtrumque latus planè occupaverat, ut vix minimæ ſiniſtri pulmonis particulæ locus ſupereſſet: corde ſuâ ſede in dextrũ latus depulerat, ita ut dexter pulmo cordi cedens ſub eodem ſpinæ dorſi adjaceret; Oeſophagus ad diaphragma progrediens os ventriculi nonnihil deprimebat, ut non propè â pyloro diſſideret: exſecto ventriculo cum annexis partibus, lienem, qui principiò nullibi apparebat, in propriâ capſulâ, quam diaphragmatis duplicatura in ſiniſtro latere formaverat, ſanus aliâs, ſed lividus & exilis, per vas breve ventriculo conjunctus: diaphragma totum erat carnoſum. Hæc Lipſiâ *Dn. Joh. Philipp. Laius*, Suinfurtenſ. Med. Cand. (qui ex Angliâ redux, dum jam jam Italiam petere vellet, Patavii gradum Doctoralem aſſumpturus, Pariſiis ex febre malignâ

ligna mortuus Anno 1661. longiore vitâ dignus.) Suinfurtum ad Nob. & Cl. Dn D. Fehr perſcripſit, 4. calend. Maii Anno 1659.

Quot myriades hominum *dyſenteria* ſuſtulerit, ii præ cæteris, qui caſtra ſequuntur, referre poterunt.

Magno ſuo damno hoc experti ſunt milites è Franconiâ, Thuringiâ, Saxoniâ, in Hungariâ contra Hunnos milli, Rivandri Chron. Thuring. pag. 80. 81. Turcæ Rhodum expugnantes, Chron. Turcic. Phil. Loniceri T. 1. pag. 66. Iidem Turcæ Melitam obſidentes. Hier. Alex. apud S. Schardium T. 4. fol. 2241. Germani Henrico Regi Navarræo contra ſacram Ligam & Henricum III. Galliæ Regem militantes. Chytræi Saxon. l. 28. fol. 793.

Suſtulit hæc etiam *Clementem V. & Urbanum VIII. P. P. M. M. Leonem III.* Iconomachum, *Theophilum* & *Ottonem IV.* Imppp. *Tachon Ægypti* & *Ferdinandum II. Aragoniæ & Neapolis Reges: Des. Eraſmum Roterodamum.*

Exempla diſenteriæ lethalis plura habet Amat. Luſit. cent. 6. cur. 73. Plater. l. c. pag. 809. & ſeqq. Jac. Bontius de medic. Indor. p. 207. & ſeqq.

Dyſenteriam epaticam, παρ' ἐπὶ λύσιν ἐξερεθεῖν τῆς κοιλίης, ab ἀπνίᾳ vel ἀῤῥωςίᾳ epatis, quâ ipſum tædet ſui officii, malam eſſe, innuit Hippocrat. in Coacis l. 3. tr. 4. c. 4. §. 60. & 10.

Seceſ-

Seceſſu & vomitu ſanguineo interemtorum hiſtorias collegit Marcell. Donat. hiſtor. medic. mirab. l. 4. c. 9.

Ex *hæmorrhoidibus ſupra modum fluentibus*, & vitæ balſamum prodigè exhaurientibus, periculum imminere, Galen. comm. in 4. §. 25. Hipp. atque haut paucos interire, Aëtius tetr. 4. C. 2. c. 5. Gr. Horſt. epiſt. medic. ſect. 10. pag. 446. & infeliciter contabeſcere, P. Ægineta l. 3. c. 59. notat.

Secunda plaga fuit hæmorrhoida, id eſt, ſanguinis profluvius, in quo etiã multa hominum millia, maximè in Alemanniâ, perierunt. Trithem. Chron. Sponheim. Anno 1349.

His venis cum phlebotomo apertis, ob irreparabilem ſanguinis fluxum intra quatuor horas, mortuus Johannes Auſtriacus, Caroli V. filius. Dionys. Daza de apoſtem. l. 3. c. 187. qvam allegat Malach. Geiger. in micros. hypoch. c. 19 pag. 233. & Zacut Luſit. de medic. princ. hiſtor. l. 1. hiſtor. 39. pag. 306. & prax. med. admir. l. 3. obſ. 59. & addit exemplum cujuſdam juvenis robuſti, ob harum venarum lanceolâ apertionem, & ſanguinis effluvium, exanimati. Vid. Pietro Paolo Magni diſcorſo ſopre le ſanguiſughe c. 12.

Mictione ſanguinis plurimos obiiſſe refert Foreſt. l. 24. obſ. 6. & 8. Heurn. in Hippocr. 4. §. 74. Horſt. part. 1. l. 4. obſ. 38. & part. 2. l. 4.

l. 4. obſ. 9. præſertim in variolis. Foreſt. l, 6. ſchol. obſ. 45. Höchſtetter. obſ. dec. 1. caſu 7. 8. 9.

Mulierculis *nimium menſtruorum profluvium*, mortem intuliſſe, teſtis eſt Cardan. comm. in 5. §. 55. Hipp. Paſchal. meth. cur l. 1. c. 55. Merclin. apud Horſt. part. 2. l. 1. obſ. 44.

Ob lochia vel ſanguinem puerperialem immodicè fluentem, citra convulſionem & animi defectum, de quibus Hippocr. 5. §. 54. inopinato non rarò mors advenit, fœmina ſomnum ſimulante, quod medium cavere magnâ diligentiâ decet, quia ſæpè id eveniſſe certum eſt. L. Mercat de mul. affect. l. 4. c. 9. Ex nimio & impetuoſo profluxu lochiorum, gravida quædam in fine menſis noni unà cum fœtu ſubito extincta Guil. Fabric. cent. 5. obſ. 44. Ex *violento partu & copioſâ ſanguinis excretione*, mulier Romana obiit. Euſtach. apud Schenck. obſ. l. 3.

Vaſa umbilicalia adhuc utero adhærentia, niſi convenienter primò ligentur, ſanguis per ea effuſus internecionem aut ſummam debilitatem puero infert, ut ſæpe viſum eſt. Varandæus de morb. mul. l. 2. c. 6. pag. 374.

Funeſta etiam hæmorrhagia ſequitur aut *laxius ligatū infantulorum umbilicū, aut* arcti-

arctius revinctum, ut citius cadat, eodem hæmorrhagiæ periculo. Hucher:de diætâ puerot.pag. 730.731. G.Welſch in rationali vuln. lethal. judicio, c. 5. ex A. Spigelio.

Quod ſi vinculum diſſolvatur, perit infans effluente ſanguine. Ariſtot. hiſtor. animal. l. 7. c. 12. t. 103. quod confirmat hiſtoriâ duorum infantulorum poſt ſanguinis ex umbilico profluvium ab exhauſtis viribus mortuorum, Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 52. G. VVelſch. l. c.

Ita ſæpè infans veluti mortuus enaſcitur, qui priusquam deligatur umbilicus, compreſſo intus ſanguine, tanquam recepto alimento, vitæ reſtituitur, qui aliâs mortuus fuiſſet, teſte Alexandro Benedicto l. 26. c. 25. R. Solenandro ſect. 3. conſ. 15. n. 33.

Propter *vaſorum umbilicalium ruptionẽ*, fœtus ſanguine, utpotè alimento, privatus, emoritur & excidit. Bauhin. tab. anatom. 33. l. 1. fig. 2.

Fluxus longus ſanguinis immoderatus, & vulnera magna multum ſanguinis fundentia, corpus, ac præcipuè genitales partes inſigniter refrigerant ac debilitant, & ſeminis materiam abſcindunt, ut vir fiat ad coitum impotens, & ad generandum ineptus. P. Zacchias quæſt. medico legal. l. 3. tit. 1. q. 1. t. 16. Quod verò Hippocrat. l. de aër. aq. & locis t. 51. (& L. Septal. in hunc locum comm. 5. t. 46.) l. de

B geni-

geniturâ t. 3. & l. de loc. in hom t. 8. de *ſectione venarum poſt aures* homines ſteriles reddente ſcribit, id falſum eſſe experientiâ probat Proſp. Alpin. de med. Ægypt. l. 2. c. 10. & P. Caſtellus apud P. Zacchiam l. c. *J.* Rhodius cent. I. obſ. med. 87. *J.* Riolan. enchir. anatom. l. 5. c. 6.

Vulnera ponè aures ſterilitatem viris inducere, etiam putat Paræus Chir. l. 23. c. 37. vide tamen Sennert. pract. l. 3 part. 9. ſect. 2. c. 1. quæſt. 1.

Ex *copioſâ vulnerum hæmorrhagiâ* brevi tempore extinctorum hiſtorias habet Guil. Fabric. cent. 5. obſ. 72. præſertim ſi ſanguinis hoc profluvium ſequatur comvulſio. Hippocr. 5. §. 3. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 25.

Profuſa hæmorrhagia ſteatomatis exulcerati in collo, mortem ſubitaneam attulit *J.* Rhodius cent. I. obſ. 99.

Grimoaldus Longobardorum Rex, nono die poſteaquam medicis curantibus *in lacerto venam* aperuerat, cum arcu columbam peteret, apertâ repentè venâ, tantum effudit ſanguinis, ut cùm ſangvine vitam quoque ageret. Fulgoſ l. 9. c. 12. ex Paulo Diacono. Alius verò *phlebetomatus* à minutore, ſanguis non ceſſavit ex eo manare, donec periit. Alſaharv. apud Schenckium l. 3. obſ. fol m. 458.

Ex

Ex *intempeſtivâ Cephalicæ ſectione*, ægros non raro fuiſſe excæcatos, obſervavit Zacut Luſitan. med. princ. hiſt. l. 1. comm. in hiſt. 54.

Uxori nobilis viri, Bertholdi à Flerſcheym, de nobili Helmſtetterorum ſanguine natæ, graviter ægrotanti, quum in ſcapulis cutem, *adhibitis cucurbitulis*, inciderent ſcalpello, nemo ſanguinis fluxum ullâ arte vel carmine ſiſtere potuit. Altero die mortua, etiam cruentavit, donec ad ſepulchrum efferretur. Lang. l. 1. epiſt. 40. Puella Patavina *à cucurbitulis ſcarificatis* pertinaciſſimo ſanguinis profluvio, ſine ullo artis præſidio interiit. J. Rhodius cent. 3. obſ. 69.

Sudor ſanguineus accidens eſt maximæ conſiderationis, procul dubio ſupponens magnum morbum, terribilibus accidentibus concomitatum, & cum certo periculo terminaturum, qvalem offendit aliqvando D. Julius Mancinus. P. Zacchias quæſt. medicolegal. l. 3. tit. 2. q. 2. t. 12. Vide etiam Gr. Horſtium part. 2. l. 1. obſ. 15.

Largiorem ſanguinis evacuationem in genere, Galen. 9. m. m. 10. & 5. loc. aff. 6, Serap. pract. tr. 4. c. 7, & in ſpecie, *per phlebotomiam*, ſeu intempeſtivam ſanguinis miſſionem; ſeqvutum hydropem, ut plurimum inſanabi-

 lem,

lem, animadvertit F. Plater. l. 3. obſ. pag. 591. Rondelet. tract. de hydrope, poſt adverſar. Lobelii fol. m. 543. Sennert. in Paralipomen. pag. 89. *per arteriotomiam*: Schenck. l. 3. obſ. fol. 498. Qvi morbus etiam alias ſanguinis profuſiones ſeqvutus, ut *ſputum ſanguinis*: Ita Cl. Dn. D. Fehr. curavit piſcatorem Haſsfurtenſem A. K. qvi ab improbo labore dolorem & anguſtiam pectoris perſentiſcebat, mox ſanguinem exſpuebat rutilum, tandem in hydropem delabebatur: *vomitum ſanguinis*. Foreſt. l. 16. obſ. 24. & l. 19. obſ. 42. Dodon. obſerv. c. 26. & in Scholio Horſt. in præfat. ad part. 2. obſ. P. Caſtellus epiſt. med. 2. pag. 18. *Hæmorrhagiã narium*: Rondel. de Hydrope apud Lobel. f. m. 543. H. Saxonia prælect. pract. part. 1. c. 23. §. 4. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 18. W. Gabellchover. cent. 5. cur. 38. Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 2. quod confirmat hiſtoriâ de Hadriano Imp. Dion. l. 69. A. Occo Imp. Rom. numiſm. pag. 151. Anno 1656. 24. Jun. hîc mihi puella tredecim annorum adducta fuit, quæ ex inſigni hæmorrhagia narium tympanitica reddita fuerat. Anno 1662. 13. Maij me conſuluit ruſticus in pago Schwanfeld/qui ex profuſiſſimâ rhinorrhagiâ in anaſarcam inciderat: *Hæmorrhagiam ex dente eliſo*. Zecch. conſ. 4. *Dyſenteriam ſanguineam*: Hippocr. l. de aër. aq. & loc. t. 11. & de affect. t. 23. Rondel. l. c. *Hæmorrhoidum*

dum fluxum nimium: Galen. 2. nat. fac. 8. P. Ægin. l. 3. c. 59. Serapio pract. l. c. H.Guargant. reſp. fol. 193. Rondelet. l. c. quamvis temerè impedito iſto naturæ curſu, vel intempeſtivè firmato, præſertim ſi hæmorhoides è ramo venæ portæ deſcendant, hydrope tentari ſolent homines. R. Solenand. ſect. 4. conſ. 20. *menſium immodicam vacuationem*: Galen. 2. nat. fac. 8. Aetius tetr. 4. ſ. 4. c. 66. Serapio pract. l. c. Foreſt. l. 19. obſ. 35. Rondelet. l. c. V. Alſar. Cruc. de quæſ. per epiſt. cent. 1. fol. 52. Horſt. part. 2. l. 1. obſ. 12. Sic ſub initium anni 1658. curanda hî mihic oblata fuit ruſtici I. W. uxor, qvæ poſt octodecim menſium continuum menſtruorum profluvium, in tympanitidem incidit, ex quo demum 10. Iulii Anno 1660. mortua. Abdominis moles in circumferentiâ æquabat ulnas noſtrates 3. vel pedes mechanicos 6. Vis morbi è ſuis ſedibus depulerat uterũ (qvi duorum pugnorũ magnitudine propendebat) & inteſtinum rectum. Paulo anteqvã moreretur, in abdomine oriebantur veſicæ, qvæ tandem, uti & abdomen, nigreſcebant: epilepſiâ corripiebatur: ſanguis ex ore profluebat. Similiter Dn. Ioh. Georg. Kreutter. *ll*. Cand. & civis Suinf. die obitum præcedente, nempe 22. April. Anno 1644. (erat autem tympaniticus) cæpit evomere ſanguinem nigrum, grumoſum, in magnâ copiâ, uſque ad

 finem

finem vitæ: *Immoderatam ſanguinis ab utero ex pluribus aborſibus factam profuſionem*: F. Valleriol. l. obſ. 2.

Nimium ſanguinis profluvium ſeqvitur Gutta ſerena. Nob. & Excell. Dn. D. Metzger, Prof. Tubing. de ſang. in circul. motu, diſp. 3. th. 13.

Per prædictas autem hæmorrhagias, *criticas ſanguinis evacuationes*, λόγῳ τῆς Φύσεως factas, hîc non volo intellectas.

Ut, cum *membro aliquo mutilatis*, certo tempore natura, cæteris occluſis meatibus, ſeſe à copio aggregati ſanguinis exonerat, Lang. l. 1. epiſt. 40. vel per *dyſenteriam ſupervenientem*, αἱματηρὼ ab ἐυρωςίᾳ τοῦ ἥπατος: Gallen. 5. aff. 7. & 3. de cauſ. ſympt. 2. & com. in Hippocr. de artic. 4. c. 40. A. Villanov. brev. pract. l. 2. c. 37. Holler. de morb. intern. l. 1. c. 43. Duret. in Hippocr. Coac. l. 2. c. 13. §. 1. & 20. item l. 2. c. 20. §. 1. item *l*. 3. tr. 3. §. 10. item l. 3. tr. 4. c. 4. §. 9. Læl. à Fonte conſ. 77. pag. 452. C. Hofmann. pathol. parvæ c. 31. §. 9. vel *ſanguinis mictionem*: Foreſt. l. 24. obſ. 7. Heurn. in Hipp. 4. §. 75. vel *vomitum ſanguineum* Galen. 7. m. m. 11. Foreſt. l. 18. Schol. obſ. 18. Libaut Schol. in Hipp. 6. §. 18.

Aut cum *ſanguis è naribus criticâ expulſione exit*, Galen. comm. in Hippocr. de artic. 4. c. 40. *ad 4. libras*: Avicenn. in 3. canon.

ron ſen. 5. tr. 3. c. 8. ad 12. & *18. libras*: Schenck. obſ. l. 1. fol. m. 197. *ad 20. libras* Avicenna l. c. c. 9. Amat. Luſit. cent. 2. cur. 100. *ad 22. libras*: idem ibid. in ſch. 10. *ad 26. libras*: idem cent. 6. cur. 6. *ad 28. libras intra 3. horas.* J. Rhodius cent. 2. obſ. 31. ad *40. libras, intra 6. dies*: Amat. Luſit cent. 7. cur. 60. Vide etiam N. Fontanum reſp. med. p. 171. Si autem violenter cohibeatur ſanguis, ejus impetus in thoracem refluit, & ægrum ſuffocat. W. Gabelchover. cent. 5. cur. 37. *In denegatâ menſtruâ purgatione*, per nares excretos fuiſſe menſes, ex Amat. Luſit. Braſſavola, Paræo, Solenandro, Oethæo, refert Schenck. l. 4. obſ. fol. m. 698. Vide Hippocrat. 5. §. 33. Duret. comm. in Hipp. Coac. l. 3. tr. 3. §. 42. I. R. Moxium de morb. mul. ac. cur. per venas l. 3. c. 41. pag. 908. Guil. Fabric. cent. 3. obſ. 60. N. Tulp. obſ. l. 1. c. 28. *in lochiis retentis*: Varandæus de morb. mul. l. 2. c. 6. pag. 407. Moxius l. c. & pag. 905.

Aut cum ſanguis criticè excernitur ex auribus, in dolore capitis: Hipocr. 6. §. 10. *in hæmorrhagiâ narium*: Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 5. *in menſium regurgitatione*: Horſt. in præf. ad part. 2. obſ. Schenck. l. 4. obſ. f. m. 698. ex Braſavola.

Aut cum ſanguis criticè fluit ex gingivis, dentisvè alveo, in ecthymatis: Dodon. obſ. 14. *in febre tertianâ*: ita poſt qvartum &

quintum paroxyſmum, Anno 1652. 13. & 14. Julii, viſus eſt non ſolùm ex dente cavo lateris dextri Dn. Caſp. Alberti, Senatoris qvondam Suinfurtenſis, inſtar rivuli profluere, ſed & ex gingivis non modicâ qvantitate effluere, corpore undiq; maculis rubris & purpureis cōſperſo: *in ſuppreſſione menſium:* Holler. comm. 2. ſect. 2. l. 2. §. 18. Coac. præn. Heurn. de morb. pector. c. 6. Bald. Ronſæus apud Schenck. l. 4. f. m. 699. Zacut. Luſit. prax. med. admir. l. 2. obſ. 91. I. Rhodius cent. 3. obſ. 51.

Aut cum ſanguis criticè reiicitur per vomitum, ab aliis partibus in ventriculum fluente, ut *epate, liene, venis meſaraicis, hæmorrhoidalibus, in mutilis, otioſis:* Galen. 5. loc. aff. 5. Plin. l. 11. c. 38. Lang. epiſt. 40. Rondelet. in conſ. Scholz. 123. Joach. Camerar. apud Schenck. l. 3. obſ. f. m. 359. libaut. ſchol. in Hippocr. 6. §. 18. Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 9. pag. 648. & obſ. l. 3. pag. 749. 751. Henr. ab Heer, obſ. 20. Tales â liene vomitus, & dejectiones alvi ſimiles, vidi Anno 1647 28. & ſeqq. Julii, in Andrea Wolcum, hoſpite publico: & Anno 1654. M. Julio in Dn. Joh. Georg. Scheuring, chirurgo: ambobus civibus Suinfurtenſibus, & adhuc ſuperſtitibus: *in retentis menſtruis:* R. Moyſes, Benivenius, Langius, Reuſner. Braſavol. C. Wolphius, M. Rulandus, Paræus, apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 699. Hippocrat. 5. §. 32 & 1..

& 1.de morb.t. 6. Aret. l.2.acut.c.2.Foreſt. l. 16. obſ.25.R.à Caſt. de morb.mul.l.1 c. 3. Horſt. in præf.ad part.2.obſ.&appēdice ad l.1.obſ.2. Dominic. Panarol. Pentecoſt.1.obſ.6.Salmuth.cēt. 2. obſ. 18. Höchſteter. obſ dec. 2.caſu 6. P.Zacchias qvæſt. medicolegal. l. 1. tit. 3. q. 2. ſ.16 Et hæc vomitio ſanguinis ſterilibus ad concipiendum prodeſt. Hippocr. l. 3. Coac.tr. 3. ſ. 42. vide Duretum in hunc locum: *in impragnatione:* Th. Bartholin. cent. 1. hiſt. anatom. 19.

Aut cum ſanguis criticè per tusſim è pulmone exſpuitur, in conſueto *ſanguinis, hæmorrhagiæ narium, hæmorrhoidum fluxu ſuppreſſo*: quod etiam Fernel. l. 5.pathol.c. 10. annotavit; & de Macrino Viſco & Voluſio Saturnino, qvi noñagaſimum etiam exceſſit annum, Plin. l.11. c.38. de viro nobili, Senert. Pract. l. 2. part. 3. c. 7. de quodam patrono Tholoſano, P. Vaſc. Caſtellus exerc. med. tr.4.pag. 326 335. de ſeipſo, L. Duret. in Coac. Hippocr. l. 2 c. 16. ſ. 46. ſcribit. Confer. Galen. de venis, adv. Eraſiſtr. c.5.& 7. Avicenn. l. 3. fen. 10. tr. 3. c. 5. Aretæum l. 2. acut. c.2. Aëtium tetr. 2. ſ. 9. c. 59. Celſum l. 4. c. 4. *in immenſium fluxu impedito:* Langius & Oethæus apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 699 Holler. l. 1. de morb. int. c. 29. & Duret. in enarrat. J. Rhodius cent 2. obſ. 30. Salmuth cent. 2. obſ. 18. *in impragnatione*: Dn. D. Metzger. de ſang. in circ. motu, diſp. 3. th. 7. Ita Dn. M. E. mercatoris & ſenatoris uxor Suin-

furtenſis, cum utero gereret An. 1643. filiolā, An. 1646. filiolum, circa medium geſtationis tempus ſanguinem cū tuſſi rejiceret, à medicamentis ſputum hoc cohibentibus ſemper pejus ſe habebat: *in lochiis retentis*. Moxius de morb. ac.cur.mul. per venas. l. 3. c. 41. pag. 907. 908.

Aut cum ſanguis criticè mictione redditur ſtatis temporum intervallis (hæmorrhoides renum ideò vocati: Mercurial. pract. l. 3. c. 31.) ſine moleſtiâ, imò ut inde benè habeant. Sennert. Inſtit. l. 3. p. 1. ſ. 3. c. 5. pag. 570 ex Aretæo l. 2. diuturn. c. 3. H. Reuſnero in c. 22. Jod. Willichii de urinis. Exemplum habet Amat. Luſit. cent. 2. cur. 93. Nobili cuidam Luſato, admodum voraci & inſigni pancratiaſtæ in ſenectute ſanguis menſtruatim per urinam reddebatur, modô liquidus & purus, modò etiam grumoſus, quèm vel equitatione, tollutariâ, vel hauſtu vini generoſi aut abſinthiaci promovebat: quod obſervavit, mihiq; communicavit Cl. Dn. D. Fehr. qui cohibitus cauſa exiſtit doloris capitis, vertiginis tenebrarum oculorum, delirii, inſaniæ, articularium morborum, cachexiæ, hidropis. Sennert. pract. l. 3. part. 8. ſ. 2. c. 7. pag. 889. ex Aretæi l. c. *in detentis menſtruis*: Braſavol. comm. ad Hippocr. l. 7. ſ. 75. Paræus l. 23. c. 52. *in pleuritide*; ubi duos ægros ſanguinis mictu ſalvatos vidit Aquapendens. Dn. D. Metzger. l. ſupra.

Aut cum ſanguis criticè & periodicè per alvum profluit, ob præciſam partem aliqvam, ut ſupra dictum: *aut ob vitæ genus negotioſum mutatum in otioſum: aut ob habitum calidiorem mutatum in contrarium*: C. Hoffmann. Pathol. parvæ c. 31. §. 9. ex Hippocr. de natur. homin. t. 23. & Galeno 3. de cauſ. ſympt. c. 2. & comm. in Hippocr. de artic. 4. c. 40. Talis eſt *verna dyſenteria ephebòrum & juvenum*, ſi fortè careant hæmorrhagiæ cõmodis à 18. ad 35. annum, quibus ætatibus naturaliter fluit ſangvis è naribus, juxta vetus illud præceptum: (Hipp. 6. epidem ſect. 3. Duret. in annotat. ad Holler. de morb. int. l. 1. c. 27.) ὅταν ἀφροδιάζειν ἄρχονται ἢ τραχίζειν, αἱμοῤῥαγέουσι, i. cum cœperint agnoſcere Venerem, vel aſperam vocem edere; ſanguinem illi profundunt è naribus. Vere autem ſanguis augetur, (Hippocr. de nat. hom. t. 13.) ὑπό τε τῶν ὄμβρων καὶ τῶν θερμημερέων, i. tùm ab imbribus, tum à cælo calidiore. L. Duret. in Coac. Hippocr. l. 2. c. 20. §. 1. & l. 2. c. 13. §. 20. *ob defectum menſium*: exempla ex Hippocr. Galen. Cordæo, collegit Schenck. obſ. l. 4. f. m. 700. Videatur etiam Plater. l. 3. obſ pag. 718. Horſt. part. 2. l. 1. obſ. 2. in append. Eiſenmenger part. 2. l. 1. obſerv. Horſt. pag. 67. Guil. Fabric. cent. 6. obſerv. 67.

Huc refer *menſes per loca aliena alia*,

&

& inſuetas alioqvin naturæ vias periodicè fluentes: ut *per oculos*, ſpecie lachrymarum ſanguinearum; Schenck. l. 4. obſ. ex Braſavolo, Dodonæo, L. Mercato, S. Alberto. Videatur etiam Chr. Fingerling in præf. ad part 2. obſ. Horſtii. Thom. Bartholin. cent. I. obſ. anat. rar. 16. *per ſpatium illud, qvod mammas dividit.* Joh. Phil. Lajus in diſp. de menſ. ſupr. Gieſſæ habitâ An. 1660. §. 11. *per mammas*; Amat. Luſit. Paræus, Cordæus, A. Laurentius, apud Schenck. l. 4. obſ. fol. m. 700. Dominic. Panarol. pentecoſt. 4. obſ. 13. *per umbilicum*; Nicolus apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 701. Marcell. Donat. hiſt. med. mirab. l. 4. c. 26. Zacut. Luſit. prax. med. admir. l. 2. obſ. 92. J. Rhodius cent. 3. obſ. 49. J. D. Horſt. Manud. ad medic. part. 1. c. 1. ſ. 3. pag. 87. *per inguina*; Hippocr. de morb. mul. t. 7. & 11. Zacut. Luſit. l. c. obſ. 93. *per hæmorrhoides*; Braſavol. apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 700. Paræus l. 23. c. 52. Merclin. part. 2. l. 1. obſ. Horſt. 43. J. Rhodius cent. 2. obſ. med. 93. *per digitos manuum*; L. Mercat. apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 701. Valeſ. meth. med. l. 2. c. 12. *per pedes*; Zacut. Luſit. in obſ. uti citat Th. Bartholin. cent. I. hiſt. anat. rar. 16. J. Rhodius cent. 3. obſ. 50. *per ulcera & vulnera*; Es. Meichſner. & Th. Paracelſ. apud. Schenck. l. 4. obſ. f. m. 701.

Aut cum qvibusdam peculiari naturâ con-

contingit, ut apertâ ſponte è trunco & extremis corporis, hypochondriis, thorace, facie, venæ clauſurâ redundantem ſangvinem depleant: Holler. de morb. int. l. 1. c. 22. qvod factum legimus *è minimo dextra manus digito*; ceſſante fluxu, locum unde ſangvinis fluxerat, ſenſu nemo deprehendere poterat. Henr. ab Heer obſ. 23. Zacut. Luſit. medic. princ. hiſt. l. 2. hiſt. 10. pag. m. 102. *è cruris venâ*, nullo poſtea apparente veſtigio: Sennert. pract. l. 3. part. 6. ſect. 1. c. 2. *è regione hepatis*; reſtitante ſangvine, veſtigium non apparebat: Holler. inter rara numero 3. *exiliis dextris*, ſangvinis librâ evacuata, nullus diſpicere potuit, unde evacuatio facta ſit: Beniven. obſ. c. 4. *ex interfœmineo*, per inſenſilem porum: Zacut. Luſit. prax. med. admir. l. 1. obſ. 47. *ex venâ in occipite*: Sennert. l. c. *ex inferioris labii radice*: Zacut. Luſit. med. princ. hiſt. l. c. *è baſilicâ in dextro brachio*: Höchſtetter. obſ. dec. 2. caſu 7. *è venâ juxta pedis malleolum*: Plater l. 3. obſ. pag. 727. *è poro juxta radicem pollicis pedis dextri* in internâ parte, è qvo in cauſo ſpatio 4. horarum ſangvis rivuli inſtar ad libras duas emanavit. Zacut. Luſit. prax. med. admir. l. 3. obſ. 110.

Sic Senatori patriæ meæ primario, Dn. J. Z. ſæpiſſimè Anno 1658. cum ætatis annum agerct

ageret ſexageſimum primum, venula qvædam *in genâ ſiniſtrâ* propè naſum aperta ſpontè fuit, qvæ nullum profudit ſangvinis, præſertim poſt largiorem vini potum.

Venas varicoſas in femoribus & cruribus prægnantium ſponte rumpi & aperiri, multoties vidi.

Cur θανατόφορα & lethalia ſunt *vulnera pulmonis* præſertim alta, μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ, niſi ob hæmorrhagiam arteriæ venoſæ, & venæ arterioſæ? Hippocr. Coac. l. 3. tr. 2. c. 1. §. 9. Fernel. patholog. l. 7. c. 8. Cl. Dn. D. Welſch de rationali vulnerum lethalium judicio, c. 4. & 6. Paracelſ. in Bertheon. de Chirurg. vuln. tr. 1. c. 5. & Apocryph. de vulner. fol. 557. Cardanus neminem ex pulmonis vulneribus ſanatum vidit: comm. in Hippocr. 6. §. 18. Ex pectoris (intellige pulmonum) vulnere mors præſumitur. L. Gilhauſen arbor. jud. crim. c. 6. part. 1. §. 13. Qvod hîc Suinfurti expertus eſt Raugravius, legionis Lodronenſis Capitaneus, punctura per pulmonem in ſpinam dorſi, in duello 21. Julii An. 1643. penetrante, ex qvâ 28. Julii obiit: & civis ille Patavinus apud B. Svevum de inſpect. vuln. l. 2. c. 7. & civis ille Batavus apud Jac. Bontium in medic. Indor. obſ. 12. pag. 206. pluresqve alii.

Cur mortifera ſunt nobilisſimæ actio-

nis,

nis, facultatis nimirum vitalis, organi, *Cordis vulnera*, penitius inflicta, niſi ob implacabilem ſangvinis fluorem? Hippocr. 6. ∫. 18. & 1. de morb. t. 3. Ariſtot. de part. animal. l. 3. c. 4. Galen. 5. loc. aff. 1. & comm. in Hipp. 6. ∫. 18. Avicenn. l. 4. fen. 4. tr. 1. c. 2. Meſue l. de appropr. c. ult. Celſus l. 5. c. 26. Plin. l. 11. c. 37. Cardan. comm. in Hipp. 6. §. 18. Henr. ab Heer obſ. rar. 11. D. Gottfr. Welſch l. c. c. 4. Paracels. ll. cc. Nulla ſunt mortis effugia corde penitius, ac ne qvidem leviter ſauciato. Duret. in Coac. l. 3. tr. 2. c. 1. §. 8. Abſolutè lethalia ſunt magna, repente; levia, non ita multò poſt. H. Corbeius in orat. de vuln. lethal. & ſanabilib. additâ Gynæceio pag. 351. Ejusdem ſententiæ eſt Fernel. patholog. l. 7. c. 8. Vid. Vidius T. 2. oper. med. l. 7. c. 2. Fallop. T. 2. tr. 7. de vulner. part. c. 12. & T. 2. tr. 6. vuln. in genere c. 5.

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.

Judicium eſt Ovidii 1. de Ponto, eleg. 4. v. 21, 22.

Veritatem comprobavit morte ſuâ Joram, Rex Jſraelitarum: 2. Reg. 9. v. 24. Henricus IV. Borbonius, Franciæ & Navarræ Rex, anno 1610. 4. 14. Maji. Sleidan. continuat. part. 3

Cur

Cur inſanabilia ſunt viſceris principis, & facultatis naturalis organi, & ſangvificationis inſtrumenti, *Epatis vulnera*, profunda, per διακοπὴν, aut concavam partem offendentia, niſi ob inſignem ſangvinis ex ejus portis & venis craſſis profuſionem? Hippoc. 6. §. 18. & l. 2. prædict. t. 19. & 1. de morb. t. 3. & 7. Epidem. t. 18. Galen. comm. in 6. §. 18. Celſus l. 5. c. 26. Braſavol. comm. in Hipp. 6. §. 18. Hollerius comm. in Hipp. 6. §. 18. Foreſt. l. 6. obſ. chirurg. ſchol. 3. Fallopius, qvi diabolica vocat, T. 2. tr. 7. de vuln. partic. c. 21. & T. 2. tr. 6. de vuln. in genere, c. 4. D. G. Welſch. l. c. c. 5. Paracelſ. Apocryph. de vuln. fol. 557. ita ut profuſione ſangvinis exhalet prius anima, qvam vulnus conglutinari poſſit. Libaut. Schol. in Hipp. 6. §. 18. Hollerii, Euſtach. Rudius de aff. ext. part. 1. l. 1. c. 16. Tagault. Inſtitut. Chirurg. l. 2. c. 3. Qvæ ratio ſapientem eò movebat Ulyſſem, ut eâ parte cyclopi necando telum acutum conderet, ὅτι φρένες ἧπαρ ἔχουσι, i.e. ubi diaphragma hepar complectitur. (Homer. Odyſſ. 9. Galen. 4. de uſu part. c. 14.) Atqve hæc citæ mortis à vulnere ratio, primùm Judæis cognita & ſcripta in ſacris libris, (2. Regum 2. & 3.) cognitionem eam comparavit Homero. Sic enim legimus Abnerum Azaëli, & Joabum Abnero vitam continuo ademiſſe, ferro ad viſcus vitale e-

le immiſſo & abdito, qvod ſapientes viri de jecore ſcriptum exiſtimant. L. Duret. in Coac. Hipp. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 8.

An is ipſe locus fuit, qvem Hermogenes Medicus Hadriano Imperatori volenti ſe interficere, circumſcripſit ſub mamillâ, qvo lethaliter percuſſo, celerius expiraret, ut ſcribit Dion Caſſius C. Hoffmann. comm. in Galen. l. 4. de uſu part. c. 14. Cuſpinian. in P. Ælio Adriano, fol. m. 44. Fibræ tamen ſaltem epatis vulneratæ mortem intulerunt. N. Tulp. obſ. l. 2. c. 26.

Cur deſperata ſunt *vulnera lienis* haud ſuperficialia, niſi ob plurimarum arteriarum diviſionem, & exinde erumpentem ſangvinem? Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Fabric. ab Aquap. Chirurg. l. 2. c. 18. N. Tulp. obſ. l. 2. c. 29. Cujus exemplum hîc vidi in exenteratione civis M. A. à milite præſidiario anno 1649. 18. Aug. circa tertiam pomeridianam vulnerati, & 20. Aug. tertiâ matutinâ mortui, ob transfoſſum in inferiore parte lienem. Vide M. Glandorp. ſpec. chirurg. obſ. 35. Membrana lienis vulnerata, difficilem curationem habet. Celſus l. 5. c. 26. vulnera lienis, ſi ſoli infligantur ſubſtantiæ, pro periculoſis habenda: D. G. Welſch.

Cur immedicabilia ſunt *vulnera renum* ad ſinus pertingentia, niſi ob magnam hæ-

morrhagiam multorum vaſorum, venarum mimirum & arteriarum? Hippocr. *6*. §. 18. P. Æginet. l.*6*. c. 88. Celſus l. 5. c. 26. Tagault. Inſtit. chir. l. 2. c. 3. Fallop. T. 2. tr. *6*. de vuln. in gen. c. 4. Hollerius comm. in Hipp. *6*. §. 18. Fabric. ab Aquap. l. c.

Cur periculoſiſſima ſunt vulnera *tenuium inteſtinorũ eâ parte qvâ meſenterium attingant*, niſi ob venarum eò venientium magnitudinem, qvæ plurimum ſangvinis fundunt? Heurnius in Hippocr. *6*. §. 12.

Cur peſſima ſunt *vulnera venarum craſſarum*, ut *vena cavæ*, ejusqve *ramorum majorum*, *ſplenici*, puta, *meſenterici*, *emulgentium*, *iliacorum*, niſi ob hæmorrhagiam ἄπαυστον, irreqvietam, ſangvinis naturalis, qvem inhibere, nec artis, nec manus dexteritas, nec doctum ſufficit conſilium? Hippocr. Coac. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 8. & 1. de morb. t. 3. & 7. Galen. 5. meth. med. 2. Celſus l. 5. c. 26. Br. Seidel. de morb. incurab. pag. 18. Guil. Fabric. cent. 3. obſ. 82. D. G. Welſch. l. c. c. 5. & 14. præcipuè qvæ *in venas craſſas in collo* ac *inguinibus* infliguntur. Hippocr. prædict. l. 2. t. 19. Foreſt. l. 6. ſchol. obſ. 4. Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Vidit Lipſiæ anno 1634. duos ſtudioſos primarios à ludo chartarum ad duellum com-

commiſſos, alterum ex *ramo iliaco ad inguen* bis diſſecto ſtatim emori, alterum verò multis vulneribus aliis confectum vix evadere, Cl. Dn. D. Fehr. Paucis abhinc annis Studioſus vulnere *cavæ per lumbos decurrenti* infelici ictu inflicto, animam & vitam liqvit; alius *aortâ vix corde egreſsâ* pertusâ. Excell. Dn. D. Metzger de ſang. in circul. motu diſp. 3. th. 3. non in alis tantùm atqve poplitibus, ſed etiam in his *venis, qvæ ad anum teſticulosqve proveniunt*. Cels. l. c. qvibus & addendæ *venæ temporũ*. B. Svevus de inſpect. vuln. l. 2. c. 11. *Ramuli venæ jugularis externæ* ad majoré oculi canhtum abſciſsionem, mors ſubitò ſeqvuta. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 14. *Venæ jugularis* læſio in exſciſione ſtrumæ in collo, mortis in ipsâ operatione cauſſa. Idem Fabric. cent. 2. obſ. 2. Confer etiam cent. 3. obſ. 3. de *ſectione venarum jugularium*, videatur P. Paolo Magni, diſcorſo ſopra il ſanguinare, c. 10. *Vena ajuga vel azygos* in dextro latere pectoris ſecta, tantum effudit ſangvinis, ut æger inter chirurgi manus exſpirarit. Henr. ad Heer l. 1. obſ. 22. Vide A. Spigelii Anatom. l. 2. c. 4.

Cur funeſta ſunt *vulnera arteriarum* in prædictis locis, niſi ob funeſtam hæmor-

rhagiam ſangvinis arterioſi, ſpirituoſi ac vitalis? Hippocr. Coac. l. c. §. 9. Galen. 5. meth. med. 2. Celſus l. c. Forreſt. l. 6. obſ. chir. 35. Br. Seidel. l. c. Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 12. Empiricus Leotienſis ſectâ in brachio pugione arteriâ, nimiâ hæmorrhagiâ obiit, Henr. ab Heer obſ. 27.

Cur timoroſa ſunt *vulnera penis*, niſi ob notabilem hæmorrhagiam vaſorum ejus, venarum nempè & arteriarum? M. Glandorp. ſpec. chir. c. 39. obſ. 40. Beniven. obſ. c. 68. Sennert. pract. l. 3. part. 9. ſect. 1. c. 11. Inciſus coles ſanari neqvivit: Beniven. l. c.

Cur tàm meticuloſæ & formidandæ ſunt *reſectiones vel abſciſſiones artuum*, ut crurum, brachiorum, &c. niſi ferè ob ſolam difficulter inhibendam hæmorrhagiam venarum & arteriarum P. Æginet. l. 6. c. 84. Walæus meth. med. pag. 131. adeò ut multi ob hanc cauſſam in ipsâ operatione exſpirent. Henr. ab Heer obſ. 12.

Qvamvis cum *monſtra in morbis* fiant, dicente Averroë l. 7. collect. c. 2. etiam prædictarum partium lethalia vulnera vel ulcera qvandoqve curata fuiſſe, hiſtoriæ medicæ teſtentur: ut

Pulmonis: Galenus multos, ad qvos ab initio, recente adhuc vulnere, ante ſupervenientem inflammationem, acceſſerat, abs ſe

ſe curatos teſtatur: 5. meth. med. 8. & comm. in Hipp. 7. §. 17.

Pulmonis vulnera in parte exteriore & infima, non eſſe lethalia, & facilè curari, ſcribit J. Riolan. in append. ad παρέκβασιν de verâ causâ febrium Sim. Paulli, pag. 122. Ita deſperata vulnera, per qvæ etiam fibræ ſeu lobi ſunt ablati, curata leguntur: A. à Cruce l. 4. chirurg. ſ. 1. c. 4. C. Gemma Coſmocrit l. 1. c. 6. qvos citat Schenck. l. 2. obſ. ſ. m. 290. T. Plater. l. 3. obſ. pag. 600. Fr. Arcæus de cur. vulner. Fr. Valleriola l. 4. obſ. 10. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 12. & T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Foreſt. l. 6. obſ. chir. 4. Horſt. l. 3. obſ. 11. P. Fuhrmann, epiſt. med. Horſt. ſect. 19. pag. 512. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 32. & cent. 3. obſ. 26. & cent. 1. epiſt. 52. M. Glandorp. ſpec. chir. obſ. 24. Roland. citante Euſt. Rudio de aff. ext. part. 1. l. 1. c. 17. N. Tulp. obſ. med. l. 2. c. 17. M. Donat. hiſt. med. cir. l. 5. c. 4. N. Fontanus reſp. med. l. 1. pag. 11. Sennert. pract. l. 2. p. 2. c. 11. & l. 5. p. 4. c. 3. J. Rhodius cent. 2. obſ. med. 5.

Sed qvi ſupervivunt ex vulneribus, plerunqve fiunt empſici, & moriuntur demum phthiſi D. G. Welſch c. c. 6. ex ſebizio.

Ulceris pulmonis ſeu phthiſis curatæ exempla hinc inde apud Medicos exſtant. Vid. Sennert. qvæſt. med. controv. 32. pag. 219. &

Pract. l. 2. p. 2. c. 12. q. 1. J. Rhodium cent. 2. obſ. med. 6. & 7. Phthiſicis pulmones interdum ultra dimidium putredine abſumuntur, multos tamen annos ſæpiſſimè vivunt. Sennert. de peſtil. c. 1. Videatur tamen Br. Seidel. de morb. incur. p. 19. 20.

Cordis ſuperficiaria aut exigua, ad unũ aut alterum diem ſuperſtite ſauciato: Galen. 5. loc. aff. 1. Euſtach. Rudius de aff. ext. part. 1. l. 1. c. 17. Si vulnus attingat tantùm pulpam cordis & carnem, non eſt neceſſe mori. Holler. in Hipp. 6. ſ. 18. modò ad ventriculos usqve, præcipuè ſiniſtrum, ictus non pervenerit: Galen. 5. loc. aff. 1. Cardan. comm. in Hipp. 6. ſ. 18. Holler. l. c. Libaut. in prædictum ſ. Hippocr. Fernelius, qvem citat Schenck. l. 2. obſ. f. m. 299. For. l. 17. ſchol. obſ. 1. ſe vulnus tunicæ cordis curaſſe gloriatur. Qvidam Ambſtelodami in profunditatem ventriculi dextri vulneratus, biduum vixit. N. Tulp. obſ. l. 2. cap. 18. qvidam qvatuor globulis per medium cor trajectis, ad qvintum diem ſupervixit. Henr. ab Heer obſ. rar. 11. Nauclerus Hafniæ in dextrum cordis ventriculum vulneratus, non ſolùm ex ſuburbio domum pedibus ivit, ſed per qvinqve dies ſupervixit: Th. Bartholin. cent. 1. hiſt. anat. 77. ad ſextum diem: J. Rhodius cent. 2. obſ. 39. qvidam Leodii duobus globulis transverbera-

beratâ baſi cordis, ſeptimo die obiit: Henr. ab Heer l. c. ad nonum ſupervixit qvidam: J. Rhodius l. c. Miles qvidam in cordis ſinu dextro vulneratus, ultra qvindecim dies ſupervixit, uti teſtatur hiſtoria in itinere Friſio-Hollandico Hegenitii, pag. 16. & ſeqq. qvam citat etiam Sennert. pract. l. 5. p. 4. c. 3. Vide etiam Dominic. Panarol. pentecoſt. 5. obſ. 45. Studioſus utroqve cordis ventriculo transverberato, per longam plateâm diſcurens, priusqvam concideret, ad horam usqve ſupervixit. Cyr. Lucius apud Schenck. l. 2. obſ. f. m. 300. Nobilis in cordis ſubſtantiâ ſauciatus, adverſarium fugitantem ad 200. paſſus, priusqvam concideret mortuus, proſecutus eſt. Paræus l. 9. c. 30. apud Schenck. l. c. Et huc pertinent exempla, qvæ allegant, de victimis, qvæ evulſo corde clamabant & fugiebant: Galen. de placit. Hippocr. & Platon. l. 2. c. 7. de cane execto corde vociferante & progrediente; Columb. apud Schenk. l. 2. de fele exſciſſo corde per horæ ferè octavam partem circumcurrente: J. Jeſſen. Anatom. Pragenſ. pag. 91. de ſue in cordis mucrone vulnerato, & ferè per horam ſupervivente & comedente: Braſavol. comm. ad Hipp. 6. §. 18. de cane in corde vulnerato latrante & aufugiente Henr. ab Heer. l. c. de lepore, ſclopeti glande medio in corde perfoſſo, qvi ad

teli jactum cucurrit: Jul. Alexandrin. apud Schenck. l. c. de cervo, globulo per utrumqve cordis ventriculum trajecto, qvi prius paſſus 50. confecit, qvam concideret: Th. Bartholin. l. c. de cuniculo per cor transfoſſo, & multos menſes ſupervivente: M. Glandorp. ſpec. chir. c. 33. de cervâ, qvæ ſagittæ aculeum ex longe tempore Cordi infixum geſſit: Jacot. & Th. à Veiga apud Schenck. l. 2. obſ. f. m. 300. Alph. Lopez. in Galen. f. 87. n. 15. de ſue, in cujus cor ante ſemeſtre bacillus acutus adactus fuerat: Henr. ab Heer obſ. 11.

Aliqvot homines etiam diu cordis ulcera ſuſtinuiſſe ex aliis authoribus refert Br. Seidel. de morb. incur. pag. 16.17. qvæ tamen exempla communem opinionem non infringere, ſed potius ſtabilire ſcribit, qvod non niſi extinctis hominibus utpote inſanabilia, cognita fuerint. Imò cor planè defeciſſe narrat. Plin. l. 11. c. 37. Cæl. Rhodig. l. 4. antiq. c. 16. ſiniſtrum cordis ventriculum; Columb. anat. l. 15.

Epatis non tantùm ſuperficiaria, (J. D. Herſt. Manud. ad medic. part. 1. c. 1. ſ. 3. pag. 86.) ſed & profunda in qvibus etiam fibræ aut lobi ablati, (nullo tamen ex ramis majoribus læſo) ſanari poſſe, & ſanata fuiſſe referunt hiſtoriographi medici. Galen. comm. in Hipp. 6. §. 18. P. Æginet. l. 6. c. 88. Guido

de

de Cauliaco apud Tagault, Inſtit.chir.l.2.c.3. Bertin. medic. l.13. c.7. Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Holler. comm. in Hipp. 6. ſ. 18. C. Gemma Coſmocrit. l. 1. c. 6. Forſt. l. 6. obſ. chir. 3. Quercet. ſclopetar. c. 2. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 34. M. Glandorp. ſpec. chir. obſ. 34.

Epate omninò caruiſſe mercatorem Antverpienſem, ſcribit Schenck. l. 3. obſ. f. m. 446. Bauhin. de Hermaphrod. l. 1. c. 8. pag. 86. Zacult. Luſit. prax. med. admir. l. 2. obſ. 38.

Lienis vulnera haud lethalia eſſe qvidam autumant, eò qvod eo commodè carere poſſimus, qvod putat Paracels. l. 2. de viribus membror. c. 7. item Apocryph. de vulnerib. f. 557. & longè ante eum putavit Eraſiſtratus: Galen. 4. de uſu part. c. 15. vide J. Matthæum qvæſt. medic. 12. pag. 45. C. Hoffmann. de uſu lienis c. 2. pag. 14. & qvod eo per vulnus exempto, animalia vivere poſſint, & qvod cui extractus ſit, ad curſum magis aptus efficiatur, qvod ex ſententiâ Eraſiſtrati (ut putat J. Talenton. rec. rer. l. 3. c. 19.) ſcribit Plin. l. 11. c. 32. Plaut. in Mercatore act. 1. ſcen. 2. Bertin. in medicinâ apud Schenck. l. 3. obſ. f. m. 469. & qvod curſoribus Turcicis exſcindatur, qvod narrat vulgus, & confirmat Joh. Anton. Menavius in ſuo libro, dicente Nicolao Nicolai

in itin. in Turciam l. 3. c. 8. pag. 57. & qvod Fioravant. lienem 32. libras pendentem diſſecto ventre extraxerit: Fonſeca T. 2. conſult. 94. (verùm Fioravant. pondere 32. unciarum fuiſſe ſcribit, pesò trentadue once: Teſoro della vita humana l. 7. c. 8.) & qvod tres chirurgi lienem ſectione extriparint, referente Fr. Rouſſeto de partu Cæſ. ſ. 4. c. 5. & qvod qvinqvaginta viros (qvi currerent ante Adoniam: Lutheri verſio: Trabanten vor ihm her) privatos ſplene 1. Reg. 1. v. 5. non tantùm Talmudici ſtatuant, ſed & alii; & canem execto liene vixiſſe Fludd tradat, modumqvè Cl. Scarbourgh, Harvei ſucceſſor, exponat. J. D. Horſt. manud. ad medic. part. 1. c. 1. ſ. 3. pag. 96. & qvod dentur medicamenta ſplenem liqvefacientia; qvod de ſuis catulo, qvi poſt diſſectionem ſine ſplene repertus fuerit, refert Aëtius tetr. 3. ſ. 2 c. 11. Serapio pract. tr. 7. de antidot. c. 18. & ſues, ſi ex tamaricis ligno alveis factis bibant, ſine liene inveniri. I. B. Porta Villæ l. 2. c. 27. Qvæ omnia tamen parum fidei merentur apud Cæl. Aurelian. tard. paſſ. l. 3. Fonſecam l. c. T. Knobloch. Inſtit. Anatom. diſp. 6. pag. 205. Fallopium T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. J. Matthæum qvæſt. med. 12. pag. 45. J. Freitag. de Melanch. hypoc. c. 9. pag. 261. L. Lemnium de Complexionib. l. 2. c. 6. pag. 129. J. R. Camerar. Syll. Memorab. medic. cent. 6. partic. 37. Eraſi-

ſtra-

ſtrati verò ſtultitiam deridet Galen. l. 4. de uſu part. c. 11. & 2. facult. natur. 9. & comm. 3. in Hippcr. de alimento.

Sicut etiam fabuloſum eſt, lienem pullorum eqvinorũ linguæ incumbere, qvi ſi ſtatim, dũ naſcuntur, aufferatur, eos celeriores, ſi verò eundem deglutiant, ſegniores in currendo fieri. Qvamvis enim ſpongioſa qvædam caruncula, qvam Schaugeſchwamm qvidam vocant; (qvalem in Muſeo meo ſervo) linguæ incumbat, lien tamen non eſt qvomodo enim per deglutitionem ad locum ſibi deputatum iterum remeare poſſet? & per qvas vias antea ad lingvam usqve penetrare potuit?

Nihilominus corpora ſine liene inventa, referunt. Holler. in raris n. 5. Schenck. l. 3. obſ. f. m. 466. de Matth. Ortelio, mercatore Antverpienſi: C. Bauhin. in append. ad Fr. Rouſſet. de part. Cæſ. in fine.

Itaqvè ſuperficiaria ſaltem lienis vulnera curari poſſe ſtatuendum M. Glandorp. ſpec. chir. c. 38. Hiſtoriam curati vulneris lienis habet Foreſt. l. 6. ex Carpo: L. Fioravant. Teſoro della vita hum. l. 2. c. 53.

Renum vulnera, etiam portione eorum ablatâ, ſanata fuiſſe, è Fallopio, Gemma, Dodonæo exempla allegat Schenck. l. 3. obſ. f. m. 528. & Foreſt. l. 25. obſ. 20. Novimus renem, qvem pugio laceraverat, integrè ſanatum

tum fuiſſe. J. Löſel. ſcrutin. renum, inciſo al-
tero, artic. 1. q. 21. ulcus renis, lumbi culte-
lo inciſione, perſanatum. Idem l. c. §. 18. e
Cabrolio. Qvin imò absqve vitæ diſpendi
alteruter per exulcerationem planè conſum-
ptus fuit, altero in officium ſuccedente D. G
Welſch. l. c. c. 12.

Renis deficientis exempla notavit Ari-
ſtot. 4. gen. animal. 4. Fernelius, Veſatius,
Piccolhomineus, Laurentius, Dominic. Pa-
narol. Pentecoſt. 1. obſ. 3.

Venarum jugularium ampla vulnera ſe
curaſſe gloriatur Galen. 5. meth. med. 4. Pa-
ræus l. 9. c. 92. Vid. Zacut. Luſit. med. Princ.
hiſt. 76.

Arterias vulneratas, absqve anevriſma-
te conglutinatas fuiſſe, vidit Galen. 5. meth.
med. 7. qvod idem de parvis venis & arteriis
intelligendum. Walæus meth. med. pag. 138.
Sic vulnuſcula in arteriotomiis & venis inciſis,
imò etiam graviora ex ſolâ ſanguinis cohibi-
tione ſanantur. Jac. Bürlein, diſp. de Hiplo-
chriſmate §. 90.

Penis, ſi ex toto auferarar, minus peri-
culũ eſt, qvã ſi vulneretur: modò enim ſangvis
ſiſtatur: reliqvũ curæ genus haut admodũ diffi-
cile eſt: morſu porci ablatus, curatus; Horſt.
epiſt. med. ſect. 19. p. 513. Monachus ob Zelũ ca-
ſtita-

itatis colem ſibi pubetenus abſcindens: Beni-
en. de abd. c. 68. ex rabie amoris quidam ſibi
ené cum teſticulis præſcindens: Rouſſet. apud
chenk. l. 4. obſ. f. m. 581. ex ulcere maligno to-
us radicitus ablatus: Foreſt. l. 26. obſ. 6. qvod
tiã Patavii ob luem Venereã, à propriâ uxo-
e contractam, factum vidi, in hoſpitali ad S.
ranciſcum. Feliciter tamen ſæpius coles vel
ırethra, qvando in eâ calculus, urinam penitus
upprimens, firmiter hæret, inciſus fuit, &
alculus exemptus, vel inflexione penis expreſ-
us. Vidit Cl. Dn. D. Fehr virum Magnificum
upra ſexagenarium, Prof. Gieſſ. I. S. cognom.
. cui acidulæ Schvvalbacenſes calculum in ra-
dicé virgæ propulerunt, ſuppreſſaq; omnimo-
dò urinâ epileptici motus iminebant, exectus
eſt iſte, vel à ſectione potius expreſſus calcu-
laus, poſtbreve ſpaciũ valnus iterum coaluit.
Et hanc ob cauſam vulnus lithotomi, cum ſo-
lùm fiat in fiſtulâ, qvâ defertur lotium, carere
periculo aſſerit S. Sanctor. meth vitand. er-
ror. l. 3. c. 6.

Fieri autem debet ſectio in penis latere, tanqvã carnoſiore; non in ſupernâ parte metu hæmorrhagiæ craſſior enim illic arteria ſubeſt & vena; non in infernâ, vix enim unqvam coaleſceret, qvia pars exanguis eſt, & præterea urina aſſiduo & aeri illapſu agglutinationem impediret. Paræus Chir. l. 16. c. 40. Sennert.

nert. Inſtit. l. 5. p. 1. ſ. 2. c. 13. Aëtius & Gurme
len. apud Schenck. obſ. l. 3. f. m. 550. Zacut
Luſit. prax. admir. l. 2. obſ. 66. 68. Cautione
interim vide apud Schenck. l. c. Henr. ab Hee
obſ. 7.

Hinc & tam neceſſarium uſum ſanguinis qvædam vulnera viſcerum aut partium, ἀναιμώντε καὶ ἀσάρκων, ſanguinis & carnis experti-um, ἀσύμφυτα, incoibilia ſunt, ut *corporis veſicæ, ureterum, ventriculi, inteſtinorum gracilium, diaphragmatis partis nerveæ.*

Corporis veſicæ: Hippocr. Coac. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 8. & 2. prædict. t. 19. & 1. de morb. t. 3. & 7. & 6. §. 18. Ariſtot. hiſtor. animal. l. 3. c. 11. t. 177. Galen. comm. in prædict. §. Hipp. Avicenna l. 4. fen. 4. tr. 1. c. 2. Celſus l. c. Plin. l. 11. c. 37. Diomed. Cornar. obſ. c. 20. Matth. Glandorp. ſpec. chir. c. 38. obſ. 36. D. G. Welſch. l. c. c. 13. Paracelſ. in Bertheon. de chir. vuln. tr. 1. c. 5. & in Apocryph. de vuln. fol. 556. 557. Ex qvo ulcere, (Hippocratem enim in prædicto §. etiam de ulceribus loqvi, probat Cardan. comm. in prædict. §. 18.) cum urina per ulcus in pube, verſus inguen dextrum exortum, pro fluxiſſet, poſt 7. menſes mortuus eſt Dn. Caſp. Albertus, Senator Suinfurtenſis, ſexagenario major, 6. Januar. Anno 1655. & Monialis, cui ex exulceratâ veſicâ urina in ventris cavitatem delata fuerat Dodon. obſ. c. 34. Mauricius

Saxo-

Saxoniæ Dux, Elector, in prælio cum Alberto Marchione Brandenburgenſi, globulo bombardico trajectus veſicam, tertio poſt die expiravit: Anno 1553. M. Beuther, Ephemer. hiſtor, M. Julio, pag. 214.

Hinc verum, qvod ſcribit Zacut. Luſitan, licet vulnera veſicæ ſunt lethaliora, ſic tamen majorem ſanitatis ſpem habent, quoniam violenter inciderunt: ulcera autem, ut curatu ſunt difficiliora, ita lentius mortem inducunt. Medic. princip. hiſt. l. 2. hiſt. 130. pag. m. 1127.

Ureterum: quamvis enim non tàm citò interimant, tractu tamen temporis hydrops ſubſeqvitur, urinâ è renibus percolatâ in cavo abdominis congregatâ, ex qvo pereunt. Euſt. Rudius de aff. ext. part. 1. l. 1. c. 16. Galen l. 1. de nat. facult.

Ventriculi penetrantia, διακοπαὶ, & in nervoſo ventriculi orificio, vel altero: Hippocr. 6. §. 18. & 5. Epidem t. 35. Galen. comm. in 6 §. 18. Celſus l. 6. c. 26. Amat. Luſit. cent. 1. cur. 69. Foreſt. l. 6 obſ. chir. 5. & 48. Henr. ab Heer obſ. 25. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 36. obſ. 31. Th. Bartholin. cent. 1. obſ. anat. 24. D. G. Welſch. l. c. c. 9. Paracelſ. in Apocryph. de vulnerib. fol. 557. Johann. Hüter / civis & piſtor. Suinfurtenſis 25. octobr. Anno 1639. à milite vulnus punctim in abdomine, 4. digitis

ab

ab umbilico, in latere ſiniſtro accipiebat: ſanguis per altum excernebatur, ſequebatur icterus totius corporis, diarrhæa & vomitus bilis, crebra animi deliqvia: 1. Januar. Anno 1640. moriebatur. In apertione cadaveris planum fiebat, puncturam ſurſum factam (altiore enim loco ſtabat piſtor) fundum ventriculi penetraſſe, facto foramine magnitudinis cruciati, per quod potulenta aliaque in cavitatem abdominis, inde tumor illius, effluxerant: ventriculus idcircò vacuus erat, ut & veſicula fellis; hinc icterus.

Inteſtinorum gracilium Hipocr. 6. §. 18. & 23. & Coac. l. c. ſ. 2. & 2. prædict. t. 19. & 1. de morbis t. 7. Galen. 6. meth. med. 4. Avicenna l. 4. fen. 4. tr. 1. c. 2. Celſ. l. c. Beniven. de abdit. c. 76. F. Valeriola l. 2. obſ. 8. & 9. Henr. ab Heer. obſ. l. 1. c. 22. maximè *Jejuni:* Galen. l. c. P. Ægin. l. 6. cap. 42. Libaut. ſchol. in Hippocr. 6. §. 18. Holleri. D. G. VVelſch l. c. c. 11. *Ilei:* Glandorp. ſpec. chir. c. 36. obſ. 32. Fr. Valeriol. l. 2. obſ. 8. D. G. VVelſch l. c. Si verò per tranſverſum tota diſſecentur, planè inſanabilia ſunt, cum nullo modo labia inter ſe diſſidentia conjungi & coire poſſint. Sennert. Pract. l. 5. part. 4. c. 3. Vulnus exitialiſſimum ſanè fuit, quod Aod vel Ehud, Scævola ille, non ἀμφιδέξιος, Judic. 3. v. 21. & 22. ventri Eglon, Moabitarum Regis, pugione

gione latitudinis palmi, (non gladio ob longo & ancipiti, cujus capulum fuerit longitudinis palmi: quantum enim oportebit ventrem habuiſſe Eglonem; cui gladius ita erat infixus, utne capulum qvidem apparuerit; uti ex Hebræo notat Amicus meus, Cl. Dn. L. Ioh. Adam. Scherzerus, Egranus, Sanctæ linguæ in Academiâ Lipſ. Prof. ord. in programate invitatorio ad lectiones linguæ ſanctæ) inflixit, ut per vulnus (durch den Ort des Leibes / da dz Schwert war durch gefahren; gloſſa Biblior. Vinarienſium; qvamvis Hieronymi verſio habeat, per ſecreta naturæ: durch der Natur heimliche ſtett; Dietenberger) alvi ſtercora proruperint; daß der Miſt von ihm gieng; B. Lutherus: gieng der Dreck von ihm; Dientenberger: qvod craſſorum inteſtinorum vulneratorum indicium fuiſſet. Chaldæus, dicente N. Serario, Soc. Ieſ. in Judic. c. 3. fol. 74. verecundè cibum ejectum vertit: quod læſorum tenuium inteſtinorum ſignum fuiſſet. In inteſtinis enim gracilibus ſtercus nullum reperitur. Amat. Luſit. cent. 1. cur. 62. Ex tam vehementi tamen ictu utraqve inteſtina læſa fuiſſe, veroſimile eſt.

Qvid qvod & hîc, ut in ventriculi vulneribus, medicamenta ad locum ipſum affectum applicari non poſſunt? Br. Seidel. de morb. incurab. pag. 18.

Moriuntur autem plurimi inteſtinis ſaucii

cum vomitibus nigris copioſiſſimis. D. Guern. Rolfinck. diſp. pathol. 15. & 17.

I. Maſcard. mortem præſumi ex inteſtinorum vulneribus contigiſſe, ſcribit de probationib. vol. 2. concluſ. 1078. num. 13.

Diaphramagtis partis nerveæ: Hippocr. 6. §. 18. & Coac. l. c. §. 8. & 1. de morbis t. 3. & 5. Epidem. t. 34. de Tychone. Ariſtot. de partib. animal. l. 3. c. 10. Galen. 5. meth. med. 9. & comm. in Hipp. 6. §. 18. Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Paræus Chirurg. l. 9. c. 30. qvæ vulnera quò viciniora ejus centro, eò magis lethalia; qvæ verò remotiora, minus. Libaut. ſchol. in Hipp. 6. §. 18. Hollerii. Vid. Vidius de cur. membr. l. 8. c. 15. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 34. obſ. 28.

Per diaphragma perſectum tenuia inteſtina in thoracis cavum irrepſerunt. Henr. ab Heer obſ. 25.

Qvamvis & *iterum hîc monſtra in morbis* facta ſint, dum etiam prædictorum, ſpro lethalibus habitorum, ulcera vel vulnera curata leguntur: ut *corporis veſicæ, ureterum, ventriculi, inteſtinorum gracilium, diaphragmatis partis nerveæ.*

Veſicæ corporis, eâ parte imprimis, ubi caro illi contigva eſt. Cardan. comm. Hipp. 6. §. 18. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. partic. c. 23. &. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Beniven. obſ.

c. 71

c. 78 Kentmann. de calcul. c. 11. F. Plater. Prax. T. 3, pag. m. 707. & l. 3. obſ. pag. 397. F. Wirtz Chir. part. 2. c. 13. Joh. & Caſp. Bauhini apud Schenck. l. 3, obſ. fol. m. 549. 553. Ruland. cur. empir. cent. 4. cur. 89. & 100. N. Tulp. obſ. l. 2. c. 53. J. Rhodius cent 3. obſ. 25.

Per pulverem ſympathicum etiam talia vulnera curata fuiſſe, teſtis eſt Papinius in Theatro Sympathetico pag. 267. L. Fioravant. qvandam Neapolitanam ablatâ totâ veſicâ, abs ſe curatam ſcribit: Teſoro della vita hum. l. 2, c. 36.

Fr. Rouſſet. de partu Cæſareo ſect. 3. c. 6. & ſeqq. meminit ſectionis calculi Franconianæ, qvâ non per perinæum, ſed per hypogaſtrium, & membranoſam veſicæ partem ſectio inſtituitur; ſed ab inventore magis feliciter qvàm conſulto peractæ, qui ob id vetuit, ne qvis eâ poſthac uteretur. Sennert. Inſtit. l. 5. p. 1. ſ. 2. c. 13. & Practic. l. 3. part. 8. ſ. 1. c. 2. Schenck. obſ. l. 3. fol. m. 548.

Ureterum vulneratorum, (verba ſunt D. G. Welſch l. c. c. 12.) alia eſt ratio; ſive enim ureter per longitudinem vulneretur, ſivè per transverſum, & ita qvidem, ut ex inflicto vulnere planè pereat, ac ceſſet ipſius uſus & officium, lethalitatem tamen id inducere, non dicerem; qvamvis enim ob inductam ureteri vulnerato cicatricem, & ab eâ provenientem

meatus obſtructionem, ipſius etiam renis, cujus ureter vulneratus eſt, actio impediatur ac ceſſet, nihilominus tamen alter alterius renis ureter in vulnerati locum ſuccedere, ipſiusqve vice fungi dicitur; qvippe qvæ ſuccedanei officii ratio in aliis non minus, qvas binas fecit optimus Plaſtes, obſervatur, partibus; nec obſtat, qvod dicitur, vulnerato uretere, exire ſerum in ſpacia abdominis, ibidemqve protractu temporis putreſcere, corrumpi, variaqve exinde produci poſſe ſymptomata; cum notum ſit, ſeri ex renibus per ureteres ad veſicam tranſitum non fieri confertim, ſed percolari, & vel parum proinde ſeri, qvod tamen â partium calore reſolvi, abſumi, & diſſipari facile poteſt, in abdominis tranſire ſpatia, vel commodam ſtatim vulnus conſolidandi præberi anſam.

Ventriculi ad ſinum usq; penetrantia: Galen. comm. in Hipp. 6. §. 18. Albucas. l. 2. meth. c. 58. Nicolus apud Marcell. Donat. hiſtor. med. mir. l. 5. c. 4. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 20. & T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. J. Riolan. l. c. Qvod confirmat hiſtoria de qvodam venabulo icto, qvi ventriculum eluere poterat: Diomed. Cornar. hiſtor. admir. 9. ex ore Matthiæ Cornacis. Neander Phyſic. part. 2. pag. 99. Jul. Alexandr. annot. ad Galen. therap. med. l. 6. c. 4. hiſtoria de cultrivorace Bohemico apud Crollium in præfat. Baſil. Chym. in

in 8.p.104. in 4. p.64.G.Steegh.medic.pract.l. 8. c. 22. fol.390. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 36. obſ. 31. & ex hoc J. R. Camerar. Syllog. memorab. medic. cent. 10. partic. 44. de cultrivorace Pruſſico, apud G. Loth, tract. propr. hiſtoria de vulnere ab acu æneâ deglutitâ perforato ſtomacho, facto, apud Dodon. exempl. cur.med. c. 20. & ex hoc itidem Camerar. l. c. partic. 45. hiſtoriæ de qvibuſdam in ventriculo vulneratis, ut cibus & Chylus egrederetur, apud Chr. à Vega ad Hipp. l. §. 6. 18. Fallop. de vulner. c. 12. J. Oethæum & J. Fr. Hildeshem. apud Schenck. l. 3. obſ. fol. m. 381. J. Matthæum qvæſt. med. 21. pag. 69. Guil. Fabric. cent. 5. obſ. 72.

Inteſtinorum gracilium: Gemma & Seidel. apud Schenck. l. 3. obſ. f. m. 422. Marcell. Donat. hiſt. med. mir. l. 5. c. 4. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 19. Holler. com. in Hipp. 6. §. 18. & rarior. obſ. 17. C. Bauhin. append. ad Rouſſet. f. 489. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 55. & tract. German. de gangr. & ſphacelo c. 6. p. 73. 74. *in ſpecie Jejuni:* Jacot. apud Schenk. l. 3. obſ. f. m. 423. Libaut. ſchol. in Hipp. 6. §. 18. Hollerii. *Ilei:* tract. Germ. de concordiâ medicinæ Galenicæ & Paracelſicæ, pag 265. & ſeqq.

Ex ulcere in ilio ſiniſtro, ſtatim ſupra os coxendicis, uxoris Matthæi Baunach, civis &

carpentarii Suinfurtenſis, qvod in fontibus Hornhuſanis(qvibus ob ulcus aliud in ilio dextro, eodem in loco,per qvod & ſanguis profluxit & particulæ oſſis prodierunt, utebatur) exortum fuerat, exierunt arilli uvarum, nuclei ceraſorum, ſemen carvi, hordei, & proruperunt flatus olidi, qvandoqve cum bombis Poſt 8. annos ſpontè ſanatum eſt ulcus.

Per umbilicum, certo ulcerationis inteſtinorum indicio, cum pure nuclei pini & uvarum acini prodierunt: puer valetudinem recuperavit. J. Rhodius cent. 2. ob. 89.

Similiter mulieri ruſticæ in vicino Suinfurto pago Edleben / poſt aliqvot ſeptimanarum dolores ventris, in inguine ſiniſtro exortus eſt abſceſſus, qvem herniam putabant. Cum verò balneator è pago Reinfeld ſacculos ex herbis, absqve dubio emollientibus, impoſuiſſet, abſceſſus circa finem Semptembris anni 1660. ruptus fuit, ex qvo ſucceſſivè qvinqve vermes, poſtea piſa, membranæ uvarum, aliaqve egreſſa ſunt. Anno autem 1661. M. Januario, retulit mihi prædictus balneator, ulcus ſanatum eſſe perfectè, ruſticam gravidam factam, & ſtrenuè munia exercere ruſtica.

Sed infeliciorem eventum habuit ſeqvens caſus. Mulier qvædam hîc Suinfurti, Nicolai Heſſen / civis & vinitoris, uxor, 54. annorum,

cum

cum ante biennium circiter, grave onus humeris geſtaret, & caſui proxima eſſet, in ventre ſonitum qvaſi percepit, inde in inguine ſiniſtro tuberculum enatum, qvod aucto dolore, & ipſum ad magnitudinem nucis juglandis majoris auctum fuit. Antè 9. verò ſeptimanas (viſitavi eam primùm cum Medico ipſius ordinario, Dn. D. Georg. Balthaſ. Wolfartt, & chirurgo, Dn. Joh. Gerlach, 28. Novembr. 1658.) ob ingentes cruciatus vocavit Chirurgum, qvi inguini, ubi erat tumor doloroſus, impóſuit cataplaſma. Poſt aliqvot dies cum illud removeret, cernit abſceſſum ruptum, & ex ulcere effluentem materiam fœtidiſſimam, gangrænam qvin etiam vicina loca occupantem. Sedatâ gangrænâ, & carne putridâ ablatâ, apparuit inteſtinum, absqve dubio Ileum, rubicundum, & in eo foraminula duo, per qvæ & cibi ſemicrudi, utpotè lentes, hordeum, ſemen carvi, nuclei ceraſorum acidorum, &c. paulò poſt aſſumptionem, non integram dimidiam horam, egrediebantur, absqve tamen excrementis; & liqvida vel ex potulentis, vel ex cibis jurulentis effluebant; interdum ita proſiliebant, ac ſi puerulus urinam redderet. acria tamen erant inſtar urinæ, ita ut partes circumjacentes excoriarent. Excrementa tamen tùm alvi, tùm veſicæ, per vias ordinarias excernebantur; obſtructio verò alvi ſæpiſſimè

magnam creabat moleſtiam. Qvandoqve obſervabatur motus inteſtini periſtalticus. Ultimi ſante mortem (qvæ demum contigit 12. Septembr. horâ 10. pomerid. Anno 1659.) diebus pluribus exivit materia atra, inſtar ſangvinis coagulati.

Anno 1651. vermem ex inguine fœminæ hic 11. Febr. excrevit, ſcribit (ſed non qvo eventu) J. D. Horſt, manud. ad medic. part. 1. c. 2. puncto 2. pag. 158.

Beneficio pulveris Sympathici vulnera talia curata fuiſſe, refert Papinius in Theatro ſympathet. pag. 267.

Ex *vulnere in diaphragmatis parte nervosâ* (per qvod ventriculus totus in thoracem adſcenderat) ſtudioſus poſt ſeptimum demum menſem exſpiravit. Sennert. Inſtit. l. 2. part. 2. c. 13. & Practic. l. 2. part. 2. c. 15. & Practic. l. 5. part. 4. c. 3.

Igitur *viſcera carnoſa vel borum partes carnoſiores facilius curantur*, ut

Linguæ: qvæ vulnera facilè curantur, modò non tota, vel pars ejus penitus ſit abſciſſa; hæc enim non regeneratur. Paræus l. 9. c. 27. Qvin etiam totâ amputatâ, lethale non eſt: ſed loqvela auffertur, & deglutitio impeditur. Novi ego militem Svecum, (uti ejus commilitones referebant, blaſphemum) cu-

ict-

ictu globi Sclopetarii in obſidione Ratisbonenſi Anno 1634. lingva ultra medietatem ablata fuerat. Cogebatur igitur pro ſedandâ fame per cannulam lamineam cibos, ſed liqvidiores; per anguſtiorem potulenta, pro extingvendâ ſiti, in gulam vel œſophagum immittere, absqve aliqvo alio valetudinis detrimento, niſi qvod nec loqvi nec deglutire poterat: militiam nihilominus, ut antea, ſeqvebatur.

Qvidam tamen, qvi ex variolis expuit totam linguam, loqvendi promptitudinem non amiſit. Th. Bartholin. cent. 2. hiſt. anat. 22. Lingva per putrefactionem ex variolis ad radicem usqve corrumpitur totaliter, ut puer tandem prorſus obmûteſceret: ſemeſtri autem viciſſim ſufficientem integritatem nanciſcitur, & puer iterum expeditè loqvitur, J. R. Camerar. ſyllog. memorab. medic. cent 6. partic. 39. ex J. Horſtio in comm. lib. Hipp. περὶ παθῶν: ex qvo hãc hiſtoriam etiam allegat Gr. Horſt. epiſt. & obſ. additis ad decados 3. q. problemat. Θεραπευτ. pag. 355. Puellæ cuidam particulæ ſuperfluæ linguæ abſciſſæ. Th. Bartholin. l. c.

Diaphragmatis pars carnea ad latera: Galen. 5. meth. med. 9. Alex. Benedict. Holl. & Jacotius, apud Schenk. l. 2. obſ. f. m. 320. 321. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 34. obſ. 28. J. Riolan. l. c. Octavo poſt acceptum vulnus (per

 qvod

qvod magna coli inteſtini pars in thoracem irrepſerat) menſe demum mortuus eſt Capitaneus apud Paræum l. 9. c. 30.

Ventriculi fundus carnoſus, vel ejus exterior tunica: Galen. 6. meth. med. 4. Libaut. Schol. in Hipp. 6. §. 18. Holleri. Euſtach. Rudius de affect. ext. part. 1. l. 1. c. 16. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 36.

Inteſtina craſſiora: Holler. comm. in Hipp. 6. §. 18. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 17. & 19. & T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Euſt. Rudius l. c. Fr. Valleriol. l. 4. obſ. 9. J. Riolã. l. c. *per qvæ profluxerunt & prodierunt alvi excrementa & flatus:* Albucas. l. 2. c. 88. Guil. Placentin. apud Schenck. l. 5. obſ. f. m. 800. Vid. Vidius comm. in Hipp. de vuln. capit. f. m. 77. Holler. obſ. rar. 17. D. Sam. Sattler apud Bernh. Svevum de inſpect. vuln. l. 2. c. 19. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 36. obſ. 33. *feces alvinæ & cibi indigeſti:* Schenck. l. 3. obſ. f. m. 422. & 430. N. Tulp. obſ. l. 3. c. 20. *excrementa & lumbrici perforantes inteſtina:* Nicol. Florent. ſerm. 5. tr. 8. c. 54. Th. à Veiga comm. ad c. 5. l. 1. de loc. aff. Gal. Paræus l. 19. c. 3. Foreſt. l. 7. ſchol. obſ. 35 Schenk. l. 3. obſ. f. m. 409. à Claudio à S. Mauritio & Fr. Hildeſio. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 54. N. Tulp. obſ. l. 3. c. 12. *enſis, ſtyleti dicti, mucro.* Guil. Fab. cent. 5. obſ. 74. Piſcatoris Suinfurtenſis, Joh. Fiſchers / uxori in inguine dextro exortus erat

ab-

abſceſſus, magnitudine ovi gallinacei, admodum doloroſus. Chirurgus poſt 10. ſeptimanas vocatus, impoſuit cataplaſma: qvod cum poſt aliqvot dierum continuatum uſum auferret, abſceſſum ruptum, & ſub cataplaſmate conſpicatus eſt, & forcipe ex ulcere extraxit unum mortuum, & duos vivos lumbricos, ſpithamam longos, qvos deinceps alii ſecuti ſunt, & excrementa flatusqve per hanc viam egreſſa. Culpam hujus mali chirurgo imputare volebat piſcator. Idcircò ego eam Anno 1646. 20. Auguſti juſſu magiſtratus, cum tribus, præter ordinarium, chirurgis, inviſi, ut judicium ferrem, an cauſſa eſſet in chirurgo. Statui, exemplis confirmavi & concluſi, lumbricos erodentes inteſtina abſceſſum & ulcus cauſſaſſe. Poſt triennium conſo idlatum eſt ulcus integrè, qvod acceptum referebat aqvis Hornhuſanis, qvæ huc delatæ fuerant, qvibus ſæpè ulcus madefecerat; & vixit usqve ad medium Auguſti, anni, qvo hæc ſcribo, 1659. ætatis 70. annorum. Vide etiam poſt vulnera colli veſicæ. Qvamvis etiam multorum ex horum vulneribus vel ulceribus mortuorū exempla legantur. Memorabile habet Fr. Valleriol. l. 2. obſerv. 8. & 9. Dodon. obſ. c. 35. de excrementis alvi in muliere intra peritonæum collectis, cum inſigni diſtenſione ventris. Videatur etiam Henr. ab Heer. l. 1. obſ. 22. Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 18. Et plurimi, qvibus urina per inteſtinum re-

ctum.

ctum, & excrementa per inguina & cervicem uteri exierunt, in eo ſtatu absqve ſalutis ſpe, ad finem vitæ perſtiterint, apud Schenck, l. 3. obſ. f. m. 430. 431. 563. J. Rhodium cent. 2. obſ. 90. 91. 92.

Renum ſubſtantia: vidè paulò ante.

Veſicæ collum: qvod ſcinditur ac laceratur ſcienter atqve feliciter amicâ manu Chirurgi, calculo extrahendo. L. Duret. in Coac. Hipp. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 8. Galen. comm. in Hipp. 6. §. 18. Vid. Vidius de cur. morb. l. 10. c. 18. Plater. Prax. T. 3. l. 2. c. 10. pag. m. 707. & obſerv. l. 3. pag. 798. J. P. Lotich. obſ. l. 6. c. 8. obſ. 8. Cardan. comm. in Hipp. 6. §. 18. Verùm vulnus hoc non in collo veſiæ, utpote minimè carnoſo, ſed in fiſtulâ urinariâ fieri cenſet Sanct. Sanctorius meth. vit. err. l. 3. c. 6.

Fiſtulæ in *perinæo*, per qvam urina profluebat, curatæ, exemplum habet J. Lang. l. 3. epiſt. 5.

Huc refer, qvæ ſupra ulceribus inteſtinorum craſſorum curatis addenda erant. Urina per *inteſtinum rectum* ex ano fluxit, ſublatâ obſtructione urethræ à carunculâ, & conſolidato inteſtino, per viam naturæ conſuetam. J. Rhodius cent. 2. obſ. 90. Fæces alvi, perrupto in partu communi pariete inter uteri va-

i vaginam & inteſtinum, per *vulvam* excre-
æ. Sex hebdomadibus hæc via excrementis
patuit, qvam natura ipſa deinde ſolidavit, &
& ad anum ſuas remiſit ſordes, lotio tamen
adhuc, ob ſphincterem veſicæ læſum, non co-
gitanti exſtillante. Th. Bartholin. cent. 2.
hiſt. anat. 63. Poſtremæ enim inteſtini recti
parti, utpote carnoſæ, inflicta vulnera, ſana-
bilia cenſet D. G. Welſch. l. c. c. 11.

Tutiſſimum igitur omnium *vulnus qvod in carne eſt*, & hæc qvidem loco, vel pejora vel meliora, ſunt. Modò verò periculum facit, qvodcunqve magnum eſt. Celſus l. 5. c. 26.

Hinc mors non præſumitur ex vulnere contigiſſe, ſi ſit in parte non periculosâ, nempè in *natica*, (ab Italico natiche, nates, clunes) qvæ recipit magna vulnera. J. Maſchard. de probat. vol. 2. concl. 1078. num. 13.

Hinc etiam non immeritò opinionem eorum, qvi *vulnera muſculorum*, wann die Mauß getroffen/ lethalia judicant, riſu & cachinno potius, qvam fide dignam judicat D. G. Welſch. l. c. c. 15. cum muſculorum præcipua pars ſit caro, muſculusqvè nihil aliud ſit, qvam animalis facultatis inſtrumentum.

Sin verò vel *caput vel cauda muſculi*, utpote partes nervoſæ, tendinoſæ, membra-
noſæ,

noſæ, vulnerentur, præſertim punctim, ſæva qvandoq; gignũtur ſymptomata, ut *convulſiones*, aliqvando *membri privatio*. Salv. Sclavus com. in l. 3. art. med. Galeni. pag. 639. C. Bauhin. Theatr. Anatom. l. 1. c. 7. & *claudicatio*. Hipp. 1. de morb. t. 3. & P. Sal. Divers. comm. in hunc locum, ſect. 2. t. 5. Vide etiam infra pag. 57.

Cæterarum partium vulnera, non tàm qvod exangues ſint, qvàm propter earum ſingularia, neceſſariaqve officia, qvibus vita carere neqvit, lethalia ſunt, ut *cerebri, ſpinalis medullæ, œſophagi, aſperæ arteriæ, pericardii, veſiculæ fellis, teſtium.*

Cerebri, partis nobiliſſimæ, & principum partium primariæ, facultatis animalis organo, *in medullâ, præcipuè & ventriculis:* Hippocr. 6. §. 18. & 1. de morb. t. 3. & 2. prædict. t. 19. & Coac. l. 3. c. 2. §. 8. Celſus l. 5. c. 26. P. Æginet. l. 6. c. 88. Euſt. Rudius de aff. ext. l. 1. c. 18. part. 1. Sennert. Pract. l. 5. part. 4. c. 3. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 22. obſ. 6. 7. 8. 9. N. Tulp. obſ. l. 1. c. 1. D. G. Welſch. l. c. c. 3. Paracelſ. in Bertheon. de chirurg. vuln. tr. 1. c. 5. & in Apocryphis de vulner. f. 556. & ex JCtis L. Gilhauſen arb. jud. crimin. c. 6. part. 1. §. 13. plures alios allegans: ſi tamen per caput cerebrum intelligit. Nimis hoc verum eſſe expertus eſt Siſſera, Dux Regis Canani-

ianiſarum; Judic. 4. v. 21. & 5. v. 26. Civis Wittebergenſis, vulnere per orbitam oculi in cerebrum usqve profundè penetrante. Sennert. Pract. l. 5. p. 4. c. 3. Qvamvis ſi *falx vel rete mirabile* læſum, etiam ob hæmorrhagiam lethale ſit: adeò ut ex falce perfoſsâ 24. libræ ſangvinis effluxerint. Sebiz. in exam. vuln. part. diſſim. part. 1. th. 76. Sangvis per contuſionem capitis, ſive cum, ſive ſinè fracturâ cranii, & commotionem cerebri, inter cranium & duram matrem, inter hanc & piam matrem, vel circa plexum choroidem & rete mirabile, vel in ventriculos, effuſus, concreſcens, putreſcens, mortis cauſa. Hipp. 5. Epidem. t. 24. Dodon. obſ. c. 3. Henr. ab Heer obſ. 12. D. G. Welſch. l. c. c. 3. Vide Paræum de Henrico II. Galliæ Rege, l. 9. c. 9. Sennert. l. c.

Spinalis medulla, ejusdem cum cerebro conditionis: Hippocr. Coac. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 8. & 1. de morbis t. 3. & 2. prædict. t. 19. Celſus l. 5. c. 26. N. Tulp. obſ. l. 3. c. 27. D. G. Welſch. l. c. c. 3. ita, ut eâ læſâ vel vulneratâ vix qvisqvam ſervari posſit: Si verò vulnus ſit *in vertebris ſuperioribus*, & per διακοπὴν, vel per transverſum, ἀδύνατον. Libaut. ſchol. in Hipp. 6. §. 18. Hollerii. Qvod exemplo lanii, boves exiguo cultello, in ſpinalem medullam, eo in loco, qvo caput vertebris colli conjungitur, adacto, mactantis, confirmat Sen-

Sennert. Pract. l. 5. part. 4. c. 3. & hi, qvamvis ſupervivant usqve ad qvartam vel etiam ſeptimam diem ad ſummum, tamen hanc non pertranſeunt, qvin moriantur. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. partic. c. 11. & T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Raugrafius, de qvo ſupra, punctim vulnus in ſpinam dorſi acceperat, hinc eo ipſo momento partes inferiores ſenſu & motu privabantur, excrementa alvi & veſicæ detinebantur. Chirurgus caſtrenſis Comitis ab Harrach, menſe Junio Anno 1640. Ictu ſclopeti, qvod duobus globulis plumbeis oneratum fuerat, ſub ſcapulâ dextrâ in ſpinalem medullam vulnus accipit; Succedit paralyſis pedum, & involuntarius urinæ fluxus: huc delatus moritur.

Oeſophagi, per transve[illegible] facta, & ventriculo vicina: Galen. 6. meth. med. 3. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 9. Guido de Cauliaco, tr. 3. doctr. 1. c. 1. Foreſt. l. 6. ſchol. obſ. 4. Euſt. Rudius de aff. extern. part. 1. l. 1. c. 17. D. G. Welſch. l. c. c. 8. Hinc Juriſconſultis mors præſumitur ex gulæ vulnere contigiſſe. J. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1078. num. 13.

Arteriæ aſperæ magna & profunda: Hippocr. Coac. l. 3. tr. 2. c. §. 9. L. Duret. in hunc locum P. Ægin. l. 6. c. 88. Foreſt. l. 6. ſchol. obſ. chir. 4. Vid. Vid. de cur. morb. l. c.

6. M.

6. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 31. obſ. 23. Præſertim ſi venis jugularibus & arteriis ſoporalibus læſis, ſangvis confertim in pulmones irruat, & reſpirationem intercipiat, atqve ita hominem ſuffocet; qvod tamen non ob vulnus arteriæ, ſed vaſorum dictorum accidit, Sennert. Pract. l. 5. part. 4. c. 3. D. G. Welſch. l. c. c. 7. & 8.

Hinc *jugulum vulneratum citò jugulat*, ob plurium vaſorum hoc in loco concurſum, ut aſperæ arteriæ, gulæ ſeu œſophagi, venarũ jugulariũ, arteriarum carotidum, nervorum ſextæ conjugationis, præter muſculos. Indeqve ſcriptoribus jugulare, jugulum petere, jugulum præbere. Et Virgil. Æneid. l. 10. v. penult.

Hæc loqvitur, juguloqve haud inſcius accipit enſem.

J. R. Camerar. Sylloge memorabil. med. cent. 5. part. 17.

Pericardii penetrantia: Plinius l. 11. c. 37. Henr. ab Heer, l. 1. obſ. 22.

Veſiculæ fellis vulnera lethalia communiter ſtatuuntur. Corbejus l. c. pag. 362. Diſruptio ejus mortis cauſa fuit. Bertin. apud Scenck. l. 3. obſ. 5. m. 460.

Teſtium, facultatem genitalem ſuppeditantium: Teſtes ex toto auferuntur non ſine magno periculo, in majori verò vitæ diſcri-

mine verſantur ii,qvibus vulnerantur,qvoniam recēſentur inter partes principales,& ſpeciei inſervientes propagationi, morsqve iis vulneratis, vel graviſſima ad minimum ſymptomata ſubſeqvi ſolent, propter conſenſum, qvem cum cerebro, corde & epate habent. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 39.

Qvamvis hîc denuò monſtra & miracula fiant, cum curata fuiſſe conſtet vulnera *cerebri, ſpinalis medullæ, aſperæ arteriæ, œſophagi, pericardii, teſtium.*

Cerebri, ſubſtantia etiam portione ablatâ: Bertapalea, Nicolaus, Theodoricus, Carpus, Campegius, Jacotius, Braſavolus, Maſſa, Fallopius, Vega, Arcæus, Paræus, Gemma, J. A. à Cruce, H. Augenius, apud Schenck. l. 1. obſ. fol. m. 22. & ſeqq. Marcell. Donatus hiſt. med. mirab. l. 5. c. 4. P. Salius Div. comm. in Hipp. l. 1. de morb. ſ. 2. t. 7. F. Vallieriola l. 4. obſ. 10. & l. 5. obſ. 9. & l. 6. obſ. 4. Guido apud Tagault. Inſtit. chir. l. 2. c. 3. N. Fontanus reſp. & cur. med. p. 13. H. Petræus Noſolog. harmon. T. 2. diſp. 36. qvæſt. 10. & Enchirid. Chirurg. tr. 13. c. 15. Sennert. Pract. l. 1. part. 1. c. 22. & l. 5. part. 4. c. 3. Horſt. part 1. l. 2. obſ. 1. in ſchol. T. Knobloch l. 1. Epiſt. Horſt. ſect. 17. p. 495. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 22. obſ. 5. Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 2. cent. 4. obſ. 3. J. Vesling. Syntagm. Anatom. c. 14. J. Rhodius

cent.

cent. 1. obſ. med. 32. *& in ventriculos penetrante vulnere:* Galen. comm. in Hipp. 6. §. 18. & 8. de uſu part. c. 10. Theodoric. apud Schenck. l. 1. obſ. f. m. 27. *niſi tamen ambos cerebri ventriculos penetraverint:* Galen. l. c. Hartmann. diſp. med. 5. theſ. 6. *Cultelli dimidium* octo annis in cerebro hæſiſſe, autor eſt Zacut. Luſit. prax. med. admir. l. 1. obſ. 5. *Styli ſeu pugiunculi ſubtilioris fruſtulum* in cerebro muliercu-læ reperit, qvod ipſa qvinqvennium geſtaverat, ſine omni moleſtiâ Joannes Veslingius: J. Rhodius cent. 1. obſ. med. 32. Remanſerunt tamen pleriqve ex gravibus hiſce vulneribus convaleſcentes, ſtupidi, immemores, ſtolidi, ſurdi, cæci, balbi: Braſavol. comm. in Hipp. 6. §. 18. Fallop. de vuln. capit. c. 45. Paræus l. 9. c. 22. Si enim ex commotione vel concuſſione ſaltem cerebri talia eveniunt ſymptomata; Fr. Valleriól. l. 4. obſ. 10. Paræus l. 9. c. 22. Steegh. medic. pract. l. 10. c. 4. Guil. Fabric. cent. 3. obſ. 7. & cent. 5. obſ. 8. Sennert. Pract. l. 1. c. 20. J. Müller, ubi exemplum memorabile eſt apud Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 8. qvid nî multò magis ex vulneribus cerebri hæc acciderent?

Spinalis medullæ; in vertebris inferioribus: Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Foreſt. l. 6. ſchol. obſ. chir. 4. *vel per longum*

vulnerata: P. Salius Div. l. c. *vel in altero tantùm latere*, ubi partis læſæ reſolutio ſuccedit: Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 11. Famulus cujusdam locumtenentis Cæſarei, Antonii, hîc Suinfurti An. 1646. 12. April. à Gallo qvodam milite gladio acuto vulnus punctim in lumborum dextro latere, 4. digitis à ſpinâ dorſi accipit, puncturâ ad ſpinam dictam pertingente: inde protinus & motus, & ſenſus pedum ceſſavit. Poſt aliqvot autem dies motus in pede ſiniſtro aliqvalis, & iterum interpoſitis diebus aliqvot, etiam in dextro redire cepit, in utroqve motus ſenſusqve.

Aſperæ árteriæ vulnera non neceſſariò lethalia ſunt, qvæ infliguntur ſub vinculis membranoſis, ut obſervare licet in iis, in qvibus metu ſtrangulationis ea vincula feliciter ſolvuntur. Neqve lethalia etiam ſunt vulnera ligamentorũ, qvæ bronchia connectunt, vel infra guttur, vel in pulmonibus. H. Corbejus l. c. pag. 345. P. Ægin. l. 6. cap. 88. Libaut. ſchol. in Hipp. 6. §. 18. Hollerii. Plater. obſ. l. 3. pag. 600. De Largyngotomiâ vide J. C. Placentin. de vocis auditusqve organis l. 1. c. 20. ubi ex Braſavolo, Benivenio, Hollerio, Albucaſe, Avenzoare, N. Florentino, Guil. Placentino, teſtimonia curatorum vulnerum aſperæ arteriæ allegat. Sennert. bis talia vulnera penetrantia ſanata vidit, Pract.

l. 2.

l. 2. part. 2. c. 1. & l. 5. part. 4. c. 3. Joubert. ingens vulnus trachææ :tract. de affect. thorac. c. 1. N. Tulp. l. 1. obſ. c. 50.

An ulcera aſperæ arteriæ ſanabilia ſint, vide Sennert. Pract. l. 2. l. c.

Oeſophagi: Nicol. Florent. & Guil. Placentin. apud J. C. Placentin. l. c. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 36. obſ. 30. N. Fontanus reſp. & cur. med. l. 1. pag. 13. 16.

Pericardii portione ablatâ ſupervixerunt qvidam: Galen. Avicenna, Rhaſes, Benivenius, Cardanus, apud Schenck. l. 2. obſ. f. m. 291. 292. *J.* Rhodius cent. 2. obſ. 39. Sub Chiliarcha, Joh. Guſtav. de Nolde Anno 1652. M. Jan. Cracoviæ ad pericardium usqve penetrante gladio vulneratus. An. 1653. 13. Martii diem obiit; factâ cadaveris apertione pericardio inſignis portio abfuit. Nob. & Exc. Dn. D. J. J. Wittigius, in diſp. de Cordis conſt. & uſu th. 14. q. 4.

Pulveris ſympathici ope, talia vulnera curata fuiſſe, ſcribit Papinius in Theatro ſympath. pag. 267.

Veſiculæ fellis, qvamvis lethalia, non tamẽ ſubitò, ſed poſt aliqvod temporis ſpacium: Corbejus l. c. pag. 362. Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 4. Qvosdam veſiculâ fellis planè caruiſſe, vid. J. D. Horſt. Manud. ad me-

dic. part. 1.c.1.ſ.3. pag. 104. Conf. C. Bauchin. Theat. Anatom. l.1. c.45. circa finem.

Teſticulorum unum abſq; damno, tùm vitæ, tùm generationis, exſcindi poſſe, qvotidiè videmus in herniotomiâ empiricorum vel ὀρχοτόμων. Qvod etiam innuit Cæl. Rhodigin. antiq. lect. l. 4. c. 7. ex Ulpiano dig. de ædil. edicto: & Scholiaſtes Hollerii in 5. §. 63. Hippocr. qvos ſpadones generaſſe compertum eſt; in juventute tamen: Valeſc. de Taranta l. 6.c. 8. & qvidem utriusqve ſexus ſobolem: Plater. Prax. T. 1. l. 2. c. 19. pag. 555. 568. cujus rei etiam mihi exempla nota ſunt. Vide P. Zacch. qvæſt. medicoleg. l. 3. tit. 1. q. 9. §. 5. 6. Qvibus verò in exciſione relicta eſt ſuperior pars alterius vel amborum teſtium, ii generare poſſunt, ut ex Holler. comm. in Hipp. 6. §. 18. allegat. P. Zacch. l. c. §. 7. Aſt qvibus ambo teſticuli evulſi, iis virilitas tollitur, & vis generandi perit: Galen. 1. de ſemine c. 15. Scholiaſtes Holleri l. c. ita ut hiſtoriæ fidem ambiguam eſſe dicat Scaliger de tauro exectis teſticulis ſtatim coëunte & generante: comm. in Ariſtot. hiſt. de animal. l.3. c.1. t.20. *Eunuchos* cortatores fuiſſe, imò in adulterio deprahenſos; teſtes multos allegat *J*. Bürlein diſp. de Hoplochriſmate ſ. 55. undè fortè cautius mercari Turcæ didicere, qvi non ſolùm teſticulos, verùm etiam penem abſcindunt, Scalig. exerc.

104. §.

104. §. 8. Barth. Georgiewitz de Turcar. moribus pag. 78. Nigritæ, Caffres dicti, in Moſſambiqve Africæ, hoſtibus devictis & captivis genitalia abſcindunt, qvò minus liberos generare qveant, qvi & ipſi futuri ſint eorum hoſtes. Hugo Lintſchotan. in part. 2. Indiæ orient. c. 41.

Hinc etiam JCti confeſſionem irritam eſſe dicunt, qvia eſt contra naturam, ſi carens genetalibus fateatur ſe adulterium commiſiſſe. L. Gilhauſen. in arbor. judic. crimin. c. 6. part. 1. §. 12. num. 17. 18.

Olim pueris teſticuli contundebantur: P. Ægin. l. 6. c. 68. qvos *Thlibias* aut *Thlaſias* vocabant; à θλίβω & θλάω contundo, collido, conqvaſſo, premo. Gorræus defin. medi & Scapula in lit. Θ. κατὰ θλίψιν enim, vel θλάσιν, h. e. per compreſſionem, reddebantur Eunuchi. Modum deſcribit P. Ægin. l. c.

Puero ex morſu porci & penſis, & teſticuli, absqvè vitæ diſpendio, ablati. G. Horſt. Epiſt. med. ſect. 19. pag. 513. Maniacus ſibipſi ambos teſticulos extrahit, absqve noxâ: Smetius Miſcellan. pag. 525. Origenes Theologus zelo Dei ferro truncavit genitalia: Hieronym. epiſt. 65. ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis; Euſeb. hiſt. eccl. l. 6. c. 7. B. Fulgos. l. 4. c. 3. puerulis incolarum Capitis bonæ ſpei in Africâ teſticulum

ſiniſtrum exſcindi ſcribit Joh. Jac. Saar, in ſeinem Oſt-Indianiſchen Kriegsdienſt / c. 17. pag. 157. Qvidam per reſectionem teſtium ab elephantiaſi liberati ſunt. Aët tetrab. 4. ſ. 1. c. 122. Ex vulnere teſtis dextri evadit juvenis: M. Glandorp. ſpec. chir. c. 39. obſ. 37. ex ulcere teſticuli dextri Capucinus: P. I. Faber cur. var. morb. 16. pag. 314. Nobiliſſæ cujusdam matricis ulcere maligno laborantis, alterum teſticulum è genitalibus propendentem, inqve gargrænam abeuntem, cujusdam medici juſſu chirurgi manu reſectum, illa adhuc ſuperſtite; novit *J.* V. Finck. Enchirid. medic. c. 16. pag. 214.

An Eunuchi generent, vide Sennert. Pract. l. 3. part. 6. ſ. 2. c. 1. q. 2. Manet interim de hujusmodi vulneribus verè lethalibus fixum firmumqve, *monſtra hæc eſſe;* qvod Averroës, uti ſupra dictum, in genere de morbis: *vel ex iis, vel rariſſimè eveniunt, & Dei voluntate magis;* qvod Galen. 8. de uſu part. 10. & comm. in Hipp. 6. §. 18. de vulneribus cerebri ſentit: *Dei potius voluntate, qvàm arte; Jacot.* in Coac. Hipp. *non vi medicaminum & medicæ artis, ſed potius divinâ potentiâ;* N. Maſſa: *hujus modi, qvæ captum humanum ſuperant,* uti monſtra interpretatur Guil. Fabric. cent. 5. obſ. 74. *θαυμαστὰ τέρατα;* Sebizius in exam. vulner. partium diſſimil. parte 3. th. 58.

Ob

Ob defectum etiam ſangvinis, à qvo fit σάρκωσις neqve augetur, neqve coaleſcit perfectum, ſublatâ omni continuitate, *Os*, aut *cartilago*, aut *nervus*, (qvalis eſt τόνος à cerebro, vel à ſpinali medullâ, qvi verus nervus; vel *tendo;* vel ligamentum) aut *genæ tenuis particula*, aut *præputium:* partes ſpermaticæ omnes. Hippocr. 6. §. 19. & 7. §. 28. & 1. de morbis t. 7. & Coac. l. 3. tr. 2. c. 2. §. 3. & 4. Galen. 5. meth. med. 7. Ariſtot. de hiſt. animal. l. 3. c. 5. t. 87. & c. 8. t. 109. & c. 10. t. 130. in qvo ultimo loco Ariſtot. addit *cutem* & *palpebras:* c. verò 11. t. 172. *membranam*.

Inter hæc tamen *Vulnera & punctura nervi, & tendinis muſculi bicipitis in brachio* in erroneâ venæ ſectione, (totalis nervi diſſectio nõ tam periculoſa: H. Fabr. ab Aqvapend. pentat. chir. l. 2. c. 11.) *periculoſiſſima ſunt*, præſertim ob convulſiones ſubſeqventes: Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 24. C. Bauhin. theatr. anatom. l. 1. c. 7. ex Galeno, Oribaſio, Augerio, Fallopio, Spigelius Anatom. l. 4. c. 15. cujus exempla ſunt apud Paræum de Carolo IX. Galliæ Rege: l. 9. c. 38. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 42. obſ. 41. 42. Plater. obſ. l. 1. pag. 149. R. à Fonſeca T. 2. conſ. 4. Guil. Fabric. de gangrænâ & Sphacelo c. 4. edit. Germanicæ, Pietro Paolo Magni diſcorſo ſopra il ſanguinare

c. 12. *vel profuſa lethalia:* Paræus l. c. M. Glandorp. ſpec. chir. l. c. J. Rhodius cent. 1. obſ. 50. 51. 52.

Sicuti & *vulnera articulorum*, ob nervos, tendines, ligamenta, periculo non vocant: M. Glandorp. ſpec chir. c. 45. pag. 151. præcipuè ſi eis ſuccedat Meliceria Celſi, vel Synovia Paracelſi, vel Glidwaſſer chirurgorum Germanicorum, de qvâ imprimis Sebiz. in exam. vuln. part. â theſi 6. & J. Rhodius tractatu proprio: hinc Paræus, Langius, Platerus, Glandorp. alii.

Et *vulnera temporum, ob convulſionem:* Galen. de uſu part. l. 11. c. 3. J. Langius epiſt. 10. Heurn. in Hippocr. 5. ſ. 2. uti & Hippocr. ipſe 5. ſ. 2. & 3. D. G. Welſch l. c. c. 15. vel etiam *nimiam hæmorrhagiam* ex venis & arteriis, per tempora adſcendentibus, Guil. Fabric. cent. 2. obſ. 8.

Oculorum, ex meris ferè partibus nervoſis & membranoſis conſtantium, vulnera ſunt timoroſa ob pericluum cæcitatis, & propter eorum propinqvitatem ad cerebrum: Guido de Cauliaco tract. 3. de doctr. 2. cap. 2. *Læſa corneâ effluxus humor aqveus, vel albugineus vel oviſormis, ut plurimum regeneratur*, & hoc inſtaurato, viſus etiam reſtituitur. Galen. Beniven. Langius, Coiter apud Schenckium l. 1. obſ. ſ. m. 173. 174. Marc. Donat. hiſt. med. mir. l. 4.

l. 4. c. 4. Aëtius tetr. 2. ſ. 3. c. 23. Celſus l. 6. Columb. Anatom. l. 10. Fallop. T. 2. de vuln. part. tr. 7. c. 3. Paræus l. 9. c. 24. Varol. Anatom. l. 1. c. 4. Sennert. Pract. l. 1. part. 3. ſect. 2. c. 21. & 34. Guil. Fabric cent. 1. obſ. 26. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 26. obſ. 15. N. Tulp. obſ. l. 1. c. 30. C. Bauhin. Theatr. Anatom. l. 3. c. 41. In pullis gallinaceis idem fieri ſcribit J. Riolan. enchir. anatom. l. 4. c. 3. Vulnus oculi ſingulare curatum: Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 6. Sed hæc rara ſunt Galen. de cauſ. Sympt. l. 1. c. 2. de rarò contingentibus: Guido de Cauliac. l. c. Reſtituitur utplurimùm in παρακεντήσει vel depoſitione ſuffuſionum: non niſi rarò in vulneribus. C. Hofmann comm. in Galen. de uſu part. l. 10. c. 5. §. 752. cum totum album oculi exit propter vulnus vel ulcus tùm non reſtituitur oculus, qvin cæcitas ſubſeqvatur. Br. Seidel. de morb. incur. pag. 19. humorem aqueum ſemel deperditum, nunquam reſtaurari, videndiqve functionẽ penitus aboleri ſcribit A. Laurent. de nobil. viſus c. p. 8. 75. ſi effluxerit, reſarciri vix poteſt, & viſionem extinguit omninò. Idem hiſt. anat. l. 11. c. 11. 4. 7. Valverd. Annatom. l. 5. c. 2. *Reſtituitur etiam humor vitreus, ſi deperditus fuerit*; minimè verò *cryſtallinus*: *Uveâ* autem procidente, incurabile vulnus eſt: M. Glandorp. l. c. obſ. 16. Br. Seidel. l. c.

Vul-

Vulnus ex ſtilo in oculum, ſeptimo die lethale. J. Rhodius cent. 1. obſ. 78.

Sunt tamen partes qvædam membranoſæ, qvarum vel vulnera & ulcera facilè curantur, vel earum totalis ablatio vitæ non incommodat, ut *Uterus, ſcrotum, Omentum, Peritonæum.*

uteri vulnera, qvamvis periculo non vacent, cum ſubſtantia ejus ſit nervoſa, tamen non lethalia ſunt pronuncianda, ſed ſanabilia. Corbeius l. c. qvod *vel partus Cæſareus* docet, de qvo Rouſſetus & Ronſeius, & Bartholin. cent. 2. hiſt. anat. 8. & Mizald. cent. 1. memorab. §. 100. *vel hiſtoriæ fœminarum ſanktarum, quibus portiones uteri* ſatis effatu dignæ, tùm per abſceſſus, tùm vulnera, citra vitæ diſpendium, ablatæ: Al. Bened. & C. Gemma apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 716. *vel earũ, qvibus nihilominus ſuperſtitibus, uterus totus exſectus*, aut caſu fortuito, ob ulcera, gangrænã, procidentiã, &c. Ægineta, Aëtius, Avenzoar, Matth. de Gradi, Nic. Florentin. M. Gattinaria, Carpus, Langius, Benivenius, Sylvius Chr. à Vega, Paræus, Es. Meichſanerus, Fr. Rouſſet. C. Bauhin. L. Scholzius, Jeſſenius, Hildeſius, apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 712. & ſeqq. & Marcell. Donat. hiſt. med. mir. l. 5. c. 4. Rhaſes apud Zacut. Luſit. med. princ. hiſt. l. 3. hiſtor. 6. & 7. & prax. med. admir. Pag. 196. Guainer. l. de ægrit matric. c. 13. H. Saxonia pract. l. 4. c. 15. V. Alſar. Cruc. cent.

cent. 1. f. 55. L. Fioravant. theſoro della vita. hum. l. 2. c. 36. *aut caſtratione.* Sicuti Gyges, Lydorum Rex (alii id tribuunt Andramyti Regi) fœminas caſtravit, ut illis perpetuò juveniliter florentibus uti valeret: Athenæus, Cæl. Rhodigin. & Reiner. Reineccius apud Schenck. l. 4. obſ. f. m. 716. Vide Jul. Alexandrin. & Cardanum, apud eundem. Wierus apud Schenck l. c. exemplum habet cujuſdam porcorum caſtratoris, qvi filiam caſtravit. Ioh. Georg. Fuchs / Epiſcopus Bambergenſis, retulit D. Hermanno Birckmanno, Medico Herbipolenſi, (uti ab ipſo obſervationibus Plateri adſcriptum vidi) qvendam porcorum caſtratorem in diæceſi Bambergenſi propriam caſtraſſe filiam, ut ſecurius cum illâ libidinem nefandam exercere poſſet, qvi etiam eam ob cauſſam tandem per ignem cum filiâ hujus criminis pœnas luit. Crediderim tamen ego, inqvit Marc. Donat. hiſt. med. mir. l. c. multò minus malè affici mulieres, ex totali uteri ablatione, qvam ex particulari ulcere vulnereve notabili, cui putredo ſit annexa, atqve in conſenſum prædicta nobiliora membra (cerebrum, cor, hepar) trahere ob id poſſit. Exemplo id nos dignoſcere poſſumus ſuum atqve canum, qvæ qvotidiè extracto utero, dum prægnantes ſunt & etiam obſqve eo, qvod in utero gerant, ab imperitiſſimis fabriis ferrariis caſtrari tutò

con-

conſpicimus: qvod & in camelis fœminis olim fieri conſveviſſe, teſtis eſt Ariſtot. 9. de hiſt. animal. c. 50. (mihi eſt c. 79. edit. Scaliger.) Plin. l. 8. c. 51. Et hodierno tempore aliqvibus in locis in buculis ſeu vacculis, qvibus pro feliciori impinguatione uterus exſcindi ſolet, fieri conſuevit. Et hæc eadem ferè ſupra de teſticulis dicta fuêre.

Vulnus in collo uterino ſanatum, Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 5.

Uteri tamen lethalem ablationem notat Th. Bartholin. cent. 2. hiſt. anat. 91. vide etiam hiſt. 8.

Scrotum ex gangrænâ decidit, & reſtituitur novum. M. Glandorp. ſpec. chir. c. 39. obſ. 38. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 48. in febre malignâ à gangrenâ totum ablatum; carne poſtea ex inguinibus ſuccreſcente, teſtes iterũ tecti ſunt. Sennert. Pract. l. 3. part. 9. ſect. 1. c. 6. & l. 5. part. 2. c. 19. ex ulcere maligno aufertur, novumqve enaſcitur. Forreſt. l. 26. obſ. 6. ex coitu cum infectâ itidẽ aufertur, & reſtituitur. Dominic. Panarol. pentecoſt. 1. obſ. 25. ſimile exemplum ex eâdem cauſsâ vidi ego Patavii in qvodam Clerico, Anno 1629. Mulier marito totum ſcrotum amputat, ita ut teſtes denudati fuerint, qvi carne poſtea iterum cooperti. M. Glandorp. l. c. obſ. 39. Maniacus ſcrotum vulnerat, & utrumqve teſticulum extra-

trahit, ita ut ad genua usque propenderent: teſticulis in locum ſuum repoſitis ſcrotum etiam conſolidatum fuit. Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 16.

Omenti vulnera lethalia non ſunt. Contingit enim ſæpè, ejus portiones in vulneribus ventris, cum egreſſæ pauco admodum temporis ſpacio putreſcant, (Hippocr. 6. ſ. 58. & Coac. l. 3. tr. 2. c. 2. ſ. 1. & 1. de morbis t. 3.) & lividæ fiant, abſcindi citra vitæ periculum: Galen. 6. meth. med. 4. Corbeius l. c. pag. 347. teſtante hoc ipſum P. Ægin. l. 6. c. 88. Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 16. &. 18. & exemplo comprobante in gladiatore; Galeno 4. de uſu part. 9. in nobili; M. Glandorpio ſpec. chir. c. 35. obſ. 29.

Omenti verò pars reſecanda, prius in ſuperiori parte liganda, qvò prohibeatur hæmorrhagia. Galen. 6. meth. med. 4. Euſt. Rudius de aff. ext. part. 1. l. 1. c. 16. Foreſt. l. 6. obſ. chir. 7. M. Glandorp. l. c.

Peritonæi vulnera mortem non inferunt, cum & id ſæpè vulnerari citra vitæ periculum contingat, qvemadmodum in herniis, aliisqve affectibus apparet: & in magnis ventris vulneribus, ubi inteſtina prolapſa nonnunqvam in ventrem reponere neceſſitas reqvirit, Corbejus l. c. P. Ægin. l. 6. c. 88.

Par-

Partes corporis diſſimilares, ut *auris, naſus, omninò præciſa*, vel *oculus effoſſus*, reſtitui neqveunt. De qvibus ita Br. Seidel. de morb. incurabilibus pag. 13. Morbi in numero perfectè deficiente, nunqvam in integrum reſtitui poſſunt, veluti cum oculus effoſſus eſt, vel auris abſciſſa & à communitate Spiritus, caloris vitæqvè penitus ſegregata; ita ut cum principiis vitæ nullum amplius commercium habeat, animæqve organum eſſe deſierit, Fabulæ enim abſurdiſſimæ ſunt, qvæ de oleis quibusdam circumferuntur, qvæ abſciſſas & reſectas partes, mortuasqve corpori vivo agglutinent reſtituantqve. Ad tempus aliqvod cohærent fortasſis, vivere autem & animatæ fieri neqveunt, ſed corrumpuntur. Dei enim iſta potentia eſt ſolius, qvemadmodum Chriſtus Malcho præciſam aurem reſtituit. Vide etiam Paracelſi chirurgiam vulnerum, Tract. 1. c. 1.

Lethales tamen non ſunt ejusmodi mutilationes, qvod ſæpè videmus in facinoroſis, qvibus *aures & naſus* abſcinduntur. Auribus & naribus mutilatorum multa exempla leguntur in Theatro vitæ hum. Zwingeri volum. 17. l. 3. f. 2497. Naſus recens deciſus, expeditè conglutinatus, J. R. Camerar. Syllog. Memorab. med. cent. 10. partic. 38. ex Hollerio. Ruſtico ſurdo ex

avul-

avulſâ ictu aure, auditus rediit. Paracelſ. chirurg. magnæ l. 1. tr. 1. c. 16.

Oculus totus procidens absqve inſigni periculo exſcindi poteſt. Sennert. Pract. l. 1. part. 3. ſ. 2. c. 42. Ficus cancroſus cum toto oculo feliciter extirpatus. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 1. Regi Judæ Zedekiæ absqve vitæ damno oculi eruti fuerunt. 2. Reg. 25. v. 7. Jerem. 39. v. 7. & 52. v. 11. Similiter & Simſoni. *Judic.* 16. v. 21. Baſilius Romanorum Dux 15. millia Samuelis Bulgarorum Ducis excæcavit, uno tantùm relicto, qvi oculis orbatos ad eum duceret. R. Volaterr. l. 23. anthrop. Reges Ormuziani ad Sinum Perſicum noviter electi, fratribus & conſangvineis oculos eruunt. Hugo Lintſchot. part. 2. Indiæ oriental. de Bry, c. 6.

Idem ſentiendum de *amputatione membrorum*, utpote *pedum, crurum, femorum, manuum, brachiorum*, &c. Qvamvis enim multi ex eâ operatione moriantur, ut ſupra dictum; plures tamen evadunt. Exempla apud autores paſſim ſunt obvia. Vid. Greg. Horſt. part. 2. l. 4. obſ. 21. Guil. Fabr. in centuriis & tr. de gangræn. & ſphacelo. Rex Achin in inſulâ Gumatrâ, facinoroſos reſectione manuum & pedum punit. L. Hulſ. navig. in Ind. or. 10. c. 12.

F Hinc

Hinc Ovid. 1. Metamorph. v. 190, 191.

Cuncta prius tentanda: Sed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Et

Ut vitam redimas, ferrum patiaris & ignem.

Et Cicero Philipp. 2. In corpore ſi qvid ejusmodi eſt, qvod reliqvo corpori noceat, id uri ſecariqve patimur, ut aliqvod membrum potius, qvam totum corpus intereat.

Modos autem artificiosè mentiendi, aures, naſum, oculos, vide apud Paræum chir. l. 22. c. 7. 21. J. Th. Minadoum apud Sennert. Pract. l. 1. part. 3. ſ. 2. c. 40. manus factitiæ imaginem, & factitii brachii & crurum deformationem, vide apud eundem Paræum, l. c. c. 10.

Artificio tamen Caſp. Taliacotii de curtorum chirurgiâ, naſus ex brachio nare truncati, vel alterius hominis, (qvod poſterius tamen ſe nunqvam tentâſſe affirmat Taliacot.) reſtitui poteſt, de qvo Paræus l. 22. c. 2. Ad eum modum Griffonius naſum puellæ reſtituit, apud Guil. Fabric. cent. 3. obſ. 31. Naſus autem ille artificialis, qvi ex alterius carne formatus eſt, ſtatim ac homo, ex cujus ſubſtantiâ confectus erat, mor-

mortem obit, putredine corripitur. Digbæus in Theatro ſympath. pag. m. 151. 152. & L. Strauſs ibid. pag. 245.

Naſum totum amputatum, & ab arenâ, ſuper qvam in duello ceciderat, lotione purgatum, iterumqve admotum, beneficio balſami, reſtituit L. Fioravant. del Teſoro della vita humana, l. 2. c. 45. Mirum hoc, ſi verum!

Parva tamen, levicula, & nullius momenti vulnera, in qvibus nec nimium ſangvinis profuſſum, nec pars peculiari aliqvo officio prædita fuit, *necem intulerunt*, ſi nempè ſubſecutorum pravorum (qvæ ordine enumerat D. G. Welſch l. c. c. 14.) ſymptemotum, vel aliorum commiſſorum errorum, aut ab ipſo vulnerato, aut à Medico aut à chirurgo; qvorum infelicium eventuum catalogum recenſet H. Corbejus l. c. pag. 321. & ſeqq. & Bernh. Suevus de inſpect. vuln. l. 1. c. 2. ex Hippocrate, Plinio, Benivenio, Augenio, Foreſto, Guil. Fabricio, J. Matthæo, M. Sebizio: qvibus adde Valleriol. l. 3. obſ. 1. & 8. Henr. ab Heer obſ. 12. Qvod etiam comprobavit obitus *Annibalis, Carthaginenſium Ducis*, qvi ex vulnere digiti, ab enſe nudato, periit. Zwing. Theatr. vitæ hum. vol. 3. l. 4. fol. 485. *Joh. Ludovici*

Vivis, è parvo vulnere in vola manus mortui: Corbejus l. c. p. 323. *Adriani Spigelii*, Bruxellenſis, Anatomici Patavini: C. Hoffmann. in cent. 5. obſ. 1. Guil. Fabricii; ubi ſeq. obſ. 2. & cent. 1. obſ. 96. plura talia habet exempla; ubi & J. R. Camerarius ſyll. memor. med. cent. 10. part. 39. 40.

Qvamqvam in magnis etiam vulneribus mors non præſumatur ex illato vulnere ſubſecuta, ut vulnerans vel percutiens posſit pœnam mortis evadere, qvando in ipſum vulneratum, vel ejus cuſtodes, medicosvè, aliqva culpa negligentiavè conferri poſſet. J. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1078. num. 14. L. Gilhauſen arb. jud. crim. c. 6. part. 1. §. 14.

Cum igitur peſſimè nobiſcum agatur, cum ſangvis, vitæ theſaurus, nectar vivificum, & humor nobis amicus, (Galen. comm. in Hippocr. 5. §. 64.) maximè nobis familiaris, (Galen. 6. loc. aff. 4.) amittitur, & hoc ablato vita auferatur, cum calor naturalis perſeverantiam ex ſangvine obtineat, (Galen. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 5. (hiſce ſangvinis profuſionibus) *etiam criticis*, *ſi modum excedant*; Meſue de ægr. nar. c. 2. J. Sylvius meth. cur. pag. 77. Zecchius conſ. 4. Fr. Valleriol. l. 4. obſ. 8. *vires labantur*; Pla-

Platear. pract. de ægr. nar. c. 1. Seràp. pract. tr. 2. c. 13. Plater. Prax. T. 3. c. 5. pag. m. 568. Holler. de morb. int. l. 1. cap. 22. *aut futuræ hydropiſis vel cachexiæ periculum immineat*; Hollerii Scholiaſt. ad l. c.) benefica & liberalis, nobisqve in noſtri commodum qvaſi obtrudens Natura, oppoſuit è Vegetabilium, Mineralium, & Animalium regno petita varia, inter qvæ non poſtremum lapis *Hæmatites*, de qvo jam agere animus eſt. Eſt e igitur

DE LAPIDE HÆMATITE
CAP. I.
De Nominibus & nominum ratione.

Apis Hæmatites, λίθος αἱματίτης, qvẽ inter lapides pretios os ignobiles refert Timpler. Phyſic. part. 2. l. 4. c. 9. inter lapides minus nobiliores ſui generis; C. Schwenckfelt de foſſil. Siles. pag. 354. inter gemmas, Gu. Ad. Scribon. Phys. l. 2. pag. 80.) nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος à ſangvine:

Sumſit hæmatites Græcum de ſangvine nomen.

Marbodeus c. 36.

Vel qvia ſangvinis colorem imitatur: A. Muſa Braſavol. in exam. ſimplic. pag. m, 744. ſangvinis colorem exprimit: Agric. de naturâ foſſil. l. 1. cap. 2. vel qvia color eſt lapidi ſangvine obſcurior, qvalis ſangvinis aridi & concreti; vel ferri ſcobis minio nativo miſti: rubore ſangvineus eſt, ac propterea hæmatites vocatur. Heſych. l. 16. c. 8. Solinus polyhiſtor. c. 43. Hæmatites à coloris ſimilitudine id appellationis ſortitus: Galen. 9. ſimplic. Galenus qvod lapis ipſe ſangvinei coloris ſit, ita rectè dictum putat, Theophraſtum ſeqvutus: *J.* Gorræus defin. med. l. 1. fol. 11.

Vel qvia tritus cum aqvâ, ut aqvariis cotibus attritus, ſuccum ſangvineum reddit. Aëtius tetr. 1. ſ. 2. c. 13. Agric. de nat. foſſil. l. 1. c. 11. Gorræus l. c.

Vel qvia ſangvinem ſiſtit in omni fluxu ſangvineo: Encel. l. 3. c. 6. A. M. Braſavol. l. c. Gorræus l. c. Renodæus de mater. med. l. 2. c. 10. Hinc ridiculam derivationem habet Platearius de ſimplic. medic. lit. E. c. 11. dum ita: Virtutem habet conſtringendi ſangvinem: unde dicitur Ematites, ab ema, qvod eſt ſangvis, & ites, qvod eſt ſiſtens.

Barbari vocant *Ematitem*, *Emathitem*, *Ematiſten*.

Ad-

Addenda autem eſt vocula lapis, ad diſtinctionem herbæ, qvæ Gallis Hæmatites, aliâs Heliotropion vocatur. L. Apulejus, de virtutib. herbar. c. 49.

J. J. Boiſſardus in Topographiâ Urbis Romæ, in ſecundo Muſæo Palatii Carpenſis, caput Termini *ex marmore amathite*, & in tertio Muſæo, Satyrum ex *amathite lapide* cornu inflantem, ſervari ſcribit: Antiqvit. Roman. part. 1. fol. 110. 111. in ædibus Dominici Capotii, Regis Parthi captivi caput ex *amathite*: fol. 112.

Qvod marmor æmathites nihil aliud eſſe, qvod marmor porphyrites ſeu porphyriticum, qvam rubei eſt coloris, cum noſtro tamen lapide hæmatite nihil commune habere, puto.

Latinis qvibusdam eſt *lapis ſangvineus*, *ſangvinarius*, *ſangvinaris*.

Italis, *pietra hematite*, *pietra hematide*.

Gallis, *pierre hematite*, *une pierre rouge come ſang*.

Anglis, *bloudeſtone*.

Danis, *Blood-ſteen*.

Svecis, *Bladh-ſteen*.

Bohemis, *Krewa gamen*.

Polonis, *Kreſſkamyen*: A. M. Braſavol. in exam. ſimplic. pag. m. 745. à Polonis *Kamyen hæmatites* dicitur.

Belgis, *Bloet-ſteen.*
Germanis, Blutſtein.

Qvamvis enim & alios lapides hoc nomine (Blutſtein) vocent, imprimis *Carneolum rubrum*, & *Jaſpidem rubram, vel vireſcentem, variegatam & guttis cruentis conſperſam*; (Renodæus, qvi Jaſpidem talem ſub nomine hæmatitis deſcribit, maht.med. l.2. cap.10.) à perſvaſione, qvaſi ſangvinem ſiſtat, ſi geſtetur, aut manu comprimatur, dum incaleſcat; Geſner. de figur. lapid. pag. 149. & Paracelſo *Jaſpis ſit lapis hæmatites*; ut videre eſt in Paracelſi dictionario Dornei pag. 54. Ita qvoqve lapis Indiæ orientalis *Alaqueca* dictus; de qvo Garcias ab Horto l. 1. c. 53. & Jaſpis vel Achates, *Diaſpro*, ex novâ Hiſpaniâ Indiæ occidentalis, de qvo L. Fioravant. Capricci medicinali l. 1. c. 37. Germanicè, ut dictum, Blutſtein / poſſent nominari, cum contactu vel ſuſpenſione ſangvinem, qvacunqve ex parte effluat, ſiſtant; ut & lapis in litore fluvii S. Crucis in Indiâ occidentali repertus, & Blutſtein appelatus, de qvo in hiſtoriâ Antipodum J. L. Gottfried / part. 2. fol. 442. Præ aliis tamen hæmatites noſter hoc nomen obtinuit, & in ſpecie vocatur Blutſtein.

Appellatur etiam *ἱαερίτης* vel *εἰαερίτης*: (Cæl.

(Cæl: Rhodig. l. 3. c. 12. Aglaias αἱματίτην τὸν αἱματίτην λίθον vocat) ab ἔαρ vel ἔαρ, ſangvis; ob cauſas jam dictas.

A qvibuſdam dictus eſt *Earites*. à Græco ἔαρ, ver, qvo nomine in Alexipharmacis Nicandri dicitur ſangvis, per Metonymiam: qvod verno tempore plurimùm ſangvis exundet. R. Goclen. in Phyſicâ Brunonis Seidelii l. 2. c. 4.

Anthraciten Plinio teſte l. 36. c. 20. Græci etiam vocârunt: vide infra in Schiſto.

Sochites etiam qvibuſdam nominatur.

Hebræis eſt *Emach*; ſecundum L. Phrieſen, in Synonymis, pag. 23. Arabibus eſt *Sedenegi*, *Sedenagi*, *Sendenegi*, *Sendene*, *Scendene*, *Scedenigi*, *Scebedenigi*, *Sandenegi*, *Sedine*, *Alſadanegi*, *Alſcendene*: ita enim vertunt has voculas diverſimodè ſcriptas Andr. Bellunenſis in Arabicorum nominum apud Avicennam interpretatione; uti & Gerard. Cremonenſis apud Avicennam Canon. l. 2. tr. 2. c. 240. J. Coſta in adnotat. marginal. ad Meſue part. 2. ægritud. particular. ſect. 1. ſumm. 2. c. 6.

Interpretes Averrois Simplicium c. 43. *Scedeneg*: & Rhaſis de Simplicibus, c. 48. *Sedine*: & Jac. Manlius comm. in Philonium Perſicum in Luminari majore ſect. 1. t. 91. fol. 20. & in Athanaſiam fol. 22. *Sedenegi* vertunt hæmatiten.

In compoſitione Trochiſcorum de terrâ

Sigillatâ Meſue diſtinct. 8. de Trochiſcis f. m. 170. *Sedenagi* vel *Sedenegi*, vertitur lapis hæmatites â Simone Genuato, Nicolao Præpoſito Diſpens. l. 3. fol. 90. ubi ita: *Sedenegi* i. lapis ematiſtes, & ita debet poni in trochiſcis de terrâ ſigillatâ Mes. & non ſemen canap. ut aliqvi falſò expoſuerunt: verum eſt qvod *Sedenegi* eſt ſemen canabis. Similis error habetur in tertio (canon. Fen. 16. tr. 2. c. 6.) Avic. c. de fluxu ventris ſangvineo abſqve excoriatione, in duobus (imò tribus) locis: etiam in caſu non conferret ſemen canapis. Girolamo Caleſtani Parmigiano, Speciaria parte ſeconda, oſſervatione ne trochiſci di terra ſigillata, pag. 264. Cum verò hoc modo bis in unâ eademqve dictorum trochiſcorum deſcriptione poneretur hæmatites (ſicuti tralatio antiqva Meſue & lapidem hæmatiten & Sedenegi ponit: qvam imitatur Alphons. Ferrus de ſclopet. vuln. l. 3. c. 3. A. M. Braſavol. in exam. Trochiſc. pag. m. 151. Girol. Caleſtani l. c. pag. 263. G. Melich. Diſpenſ. diſtinct. 8. pag. 238) vertunt *Sedenegi* fumariam vel ſemen fumariæ, Chriſtophorus de Honeſtis, Sylvius, Deſſenius, C. Marinell. Pharmacopœæ l. 2. comm. 7. pag. 393. 394. & addit, ridiculum eſſe audire aliqvos ſumentes loco Sedenegi lapidem hæmatiten, cum in ipſâ deſcriptione adinveniatur: attamen ille ipſe Marinellus in Philonio Perſico *Sedenegi* vertit lapidem hæmatiten.

Semen

Semen cannabis vertunt *Sedenegi* A. M. Braſavol. J. Manardus, B. Beſſenius, G. Melichius, Romani.

Apud Serapionem de temperamentis ſimplicium, interpretibus Abrahamo Judæo & Simone Jaruenſi, edente verò O Brunfelſio, *Scebedenigi* c. 207. vertitur canabſ: *Scedenigi* c. 411. (in exemplari An. 1525. Lugduni impreſſo, eſt caput 421.) hæmatites. Ita etiam in Synonymis Serapionis lit. S.

Scebedenigi Ara eſt ſemen canabis: *Scedenigi*, *Scednie* Arab. 1. ematites. Matt. Silvatic Pandect. medic. fol. m. 152.

Unde Jacob. Manlius in comm. in Philon. Perſic. in Luminari majore l. c. & fol. 57. *Schedenegi* cum litera h. ſemen cannabis: *Sedenegi* ſine h. (qvaliter omnes codices Meſue habere dicit) hæmatiten denotare ſcribit.

Qvamvis verò Lumen Apothecariorum & Theuſaurus Aromatariorum differentiam hanc agnoſcere videantur: tamen illud (Lumen Apothecar.) in trochiſcis de terrâ ſigillatâ, diſtinct. 4. deſcript. 16. vertit ſemen cannabis, cum antea etiam poſuiſſet hæmatiten; ut & in Philonio Perſico diſtinct. 2. deſcript. 25. Semen cannabis interpretatur: Hic (Theſaur. aromatar.) in Philonio Perſico fol. m. 133. ſimiliter vertit ſemen cannabis; qvod tamen in hâc compoſitione non convenire dicit Manlius l. c.

G. Melichius Diſpenſ. diſtinct. 1. pag. 2. in

in ſchol.ad Philonium Perſicum ita: *Sedenegi* lapis eſt hæmatites: Falsò autem hoc loco monachi Meſuæ commentatores *Sebedenegi*, qvod Serapioni eſt ſemen cannabis,& confectionem trochiſcorum de terrâ ſigillatâ ingreditur,pro *Sedenegi* ſcribunt.

Girdam. Caleſtani l. c. oſſerv. nel Philonio Perſico pag. 138. Scedenegi vel cum aſpiratione, vel ſine aſpiratione,eſſe lapidem hæmatiten, & plus in hâc confectione convenire, qvam ſemen cannabis, ſcribit.

Qvamvis vocem *Eupiſtidos*, vel *Euphiſtitis*, vel *Emphiſtidis*, vel *Enſiſtidos*,qvæ etiam habetur in Trochiſcis de terrâ ſigillatâ, qvidam etiam ſemen cannabis interpretentur, A. M. Braſavol. in exam. trochiſc. pag. m. 153. Sylvius in Meſuen de Trochiſc. diſtinct. 8. ut hoc modò & ſemen hoc (ſi Sedenegi eſt ſemen cannabis) bis poneretur. Idcircò omittunt paulò poſt citandi autores, Eupiſtidos, contenti Hypociſtide,qvem per Eupiſtidos intelligunt.

Trincavell. enchir. med. l. 1. ſ. 2. c. 7. videtur Sedenegi & fumariam & ſemen cannabis interpretari, dum hæc duo ſimul, unà cum lapide hæmatite, in trochiſcos de terrâ Lẽniâ aſſumit. Qvod etiam facit Antidotar. Romanum in Trochiſcis de terrâ ſigillatâ, pag. 97. Igitur idem Antid. Rom. in Barbarorum nominum expoſitione (ne qvem offendat) ita:

Sede-

Sedenegi lapis hæmatites, ſemen cannabis, aut fumaria.

Pro Sedenegi etiam ſumunt ſemen granati ſylveſtris; J. Coſta ex Synonymis Avicenne, in addit. ad Meſue l. c. grana berberis; Colonienſes, in Diſpenſat. fol. 48. 49.

Planè autem alterâ vice(nec ſine judicio)omittunt *Sedenegi*, haud dubie cenſentes, illud denotare lapidem hæmatiten, Nicolaus Præpoſitus Diſpenſarii l. 2. tit. T. fol. 78. Ricettario Italico in Venetia, 1560. parte ſeconda. pag. 131. Trattato della materia medicinale, libro terzo, pag. 303. Fernel. meth. med. l. 7. V. Cordus, *J.* Placotomus, Guint. Andernacus, L. Fuchſius, Norinbergenſes, Auguſtani: ne hoc modo abſurda foret unius ejuſdemqve rei geminata repetitio: G. Melich. Diſp. diſt. 8. pag. 239.

Cum verò tàm prolixi fuerimus in vocabulo *Sedenegi*, & *trochiſcorum de terrâ ſigillatâ* ſæpius fiet mentio, placet Trochiſcorum ſphragidis Lemniæ, ſeu de terrâ ſigillatâ Meſue, integram, eamqvè correctam, deſcriptionem ſubnectere:

℞. ſangvinis draconis, gummoſi.
gummi Arabici, aſſi vel toſti.
Ramich, trochiſc. ramich Serapionis de ſimplic. c.
de Ramich, (hos omittit, Fernelius)

foliorum

Hinc Ovid. 1. Metamorph. v. 190. 191.

Cuncta prius tentanda: Sed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Et

Ut vitam redimas, ferrum patiaris & ignem.

Et Cicero Philipp. 2. In corpore ſi qvid ejusmodi eſt, qvod reliqvo corpori noceat, id uri ſecariqve patimur, ut aliqvod membrum potius, qvam totum corpus intereat.

Modos autem artificiosè mentiendi, aures, naſum, oculos, vide apud Paræum chir. l. 22. c. 7. 21. J. Th. Minadoum apud Sennert. Pract. l. 1. part. 3. ſ. 2. c. 40. manus factitiæ imaginem, & factitii brachii & crurum deformationem, vide apud eundem Paræum, l. c. c. 10.

Artificio tamen Caſp. Taliacotii de curtorum chirurgiâ, naſus ex brachio nare truncati, vel alterius hominis, (qvod poſterius tamen ſe nunqvam tentâſſe affirmat Taliacot.) reſtitui poteſt, de qvo Paræus l. 22. c. 2. Ad eum modum Griffonius naſum puellæ reſtituit, apud Guil. Fabric. cent. 3. obſ. 31. Naſus autem ille artificialis, qvi ex alterius carne formatus eſt, ſtatim ac homo, ex cujus ſubſtantiâ confectus erat, mor-

mortem obit, putredine corripitur. Digbæus in Theatro ſympath. pag. m. 151. 152. & L. Strauſs ibid. pag. 245.

Naſum totum amputatum, & ab arenâ, ſuper qvam in duello ceciderat, lotione purgatum, iterumqve admotum, beneficio balſami, reſtituit L. Fioravant. del Teſoro della vita humana, l. 2. c. 45. Mirum hoc, ſi verum!

Parva tamen, levicula, & nullius momenti vulnera, in qvibus nec nimium ſangvinis profuſſum, nec pars peculiari aliqvo officio prædita fuit, *necem intulerunt*, vi nempè ſubſecutorum pravorum (qvæ ordine enumerat D. G. Welſch l. c. c. 14.) Symptemotum, vel aliorum commiſſorum errorum, aut ab ipſo vulnerato, aut à Medico aut à chirurgo; qvorum infelicium eventuum catalogum recenſet H. Corbejus l. c. pag. 321. & ſeqq. & Bernh. Suevus de inſpect. vuln. l. 1. c. 2. ex Hippocrate, Plinio, Benivenio, Augenio, Foreſto, Guil. Fabricio, J. Matthæo, M. Sebizio: qvibus adde Valleriol. l. 3. obſ. 1. & 8. Henr. ab Heer obſ. 12. Qvod etiam comprobavit obitus *Annibalis, Carthaginenſium Ducis*, qvi ex vulnere digiti, ab enſe nudato, periit. Zwing. Theatr. vitæ hum. vol. 3. l. 4. fol. 485. *Joh. Ludovici*

Vivis, è parvo vulnere in vola manus mortui; Corbejus l. c. p. 323. *Adriani Spigelii*, Bruxellenſis, Anatomici Patavini: C. Hoffmann. in cent. 5. obſ. 1. Guil. Fabricii; ubi ſeq. obſ. 2. & cent. 1. obſ. 96. plura talia habet exempla; ubi & J. R. Camerarius ſyll. memor. med. cent. 10. part. 39. 40.

Qvamqvam in magnis etiam vulneribus mors non præſumatur ex illato vulnere ſubſecuta, ut vulnerans vel percutiens poſſit pœnam mortis evadere, qvando in ipſum vulneratum, vel ejus cuſtodes, medicosvè, aliqva culpa negligentiavè conferri poſſet. J. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1078. num. 14. L. Gilhauſen arb. jud. crim. c. 6. part. 1. §. 14.

Cum igitur peſſimè nobiſcum agatur, cum ſangvis, vitæ theſaurus, nectar vivificum, & humor nobis amicus, (Galen. comm. in Hippocr. 5. §. 64.) maximè nobis familiaris, (Galen. 6. loc. aff. 4.) amittitur, & hoc ablato vita auferatur, cum calor naturalis perſeverantiam ex ſangvine obtineat, (Galen. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 5. (hiſce ſangvinis profuſionibus) *etiam criticis, ſi modum excedant*; Meſue de ægr. nar. c. 2. J. Sylvius meth. cur. pag. 77. Zecchius conſ. 4. Fr. Valleriol. l. 4. obſ. 8. *vires labantur*; Pla-

Platear. pract. de ægr. nar. c. 1. Serap. pract. tr. 2. c. 13. Plater. Prax. T. 3. c. 5. pag. m. 568. Holler. de morb. int. l. 1. cap. 22. *aut futuræ hydropiſis vel cachexiæ periculum immineat*; Hollerii Scholiaſt. ad l. c.) benefica & liberalis, nobisqve in noſtri commodum qvaſi obtrudens Natura, oppoſuit è Vegetabilium, Mineralium, & Animalium regno petita varia, inter qvæ non poſtremum lapis *Hæmatites*, de qvo jam agere animus eſt. Eſto igitur

DE LAPIDE HÆMATITE
CAP. I.
De Nominibus & nominum ratione.

L*Apis Hæmatites*, λίθ© αἱματίτης, qvẽ inter lapides pretioſos ignobiles refert Timpler. Phyſic. part. 2. l. 4. c. 9. inter lapides minus nobiliores ſui generis; C. Schwenckfelt de foſſil. Siles. pag. 354. inter gemmas, Gu. Ad. Scribon. Phys. l. 2. pag. 80.) nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματ© à ſangvine:

Sumſit hæmatites Græcum de ſangvine nomen.

Marbodeus c. 36.

Vel qvia ſangvinis colorem imitatur: A. Muſa Braſavol. in exam. ſimplic. pag. m. 744. ſangvinis colorem exprimit: Agric. de naturâ foſſil. l. 1. cap. 2. vel qvia color eſt lapidi ſangvine obſcurior, qvalis ſangvinis aridi & concreti; vel ferri ſcobis minio nativo miſti: rubore ſangvineus eſt, ac propterea hæmatites vocatur. Heſych. l. 16. c. 8. Solinus polyhiſtor. c. 43. Hæmatites à coloris ſimilitudine id appellationis ſortitus: Galen. 9. ſimplic. Galenus qvod lapis ipſe ſangvinei coloris ſit, ita rectè dictum putat, Theophraſtum ſeqvutus: *J.* Gorræus defin. med. l. 1. fol. 11.

Vel qvia tritus cum aqvâ, ut aqvariis cotibus attritus, ſuccum ſangvineum reddit. Aëtius tetr. 1. ſ. 2. c. 13. Agric. de nat. foſſil. l. 1. c. 11. Gorræus l. c.

Vel qvia ſangvinem ſiſtit in omni fluxu ſangvineo; Encel. l. 3. c. 6. A. M. Braſavol. l. c. Gorræus l. c. Renodæus de mater. med. l. 2. c. 10. Hinc ridiculam derivationem habet Platearius de ſimplic. medic. lit. E. c. 11. dum ita: Virtutem habet conſtringendi ſangvinem: unde dicitur Ematites, ab ema, qvod eſt ſangvis, & ites, qvod eſt ſiſtens.

Barbari vocant *Ematitem*, *Emathitem*, *Ematiſten.*

Ad-

Addenda autem eſt vocula lapis, ad diſtinctionem herbæ, qvæ Gallis Hæmatites, aliâs Heliotropion vocatur. L. Apulejus de virtutib. herbar. c. 49.

J. J. Boiſſardus in Topographiâ Urbis Romæ, in ſecundo Muſæo Palatii Carpenſis, caput Termini *ex marmore amathite*, & in tertio Muſæo, Satyrum ex *amathite lapide* cornu inflantem, ſervari ſcribit: Antiqvit. Roman. part. I. fol. 110. 111. in ædibus Dominici Capotii, Regis Parthi captivi caput ex *amathite*: fol. 112.

Qvod marmor æmathites nihil aliud eſſe, qvod marmor porphyrites ſeu porphyriticum, qvam rubei eſt coloris, cum noſtro tamen lapide hæmatite nihil commune habere, puto.

Latinis qvibusdam eſt *lapis ſangvineus*, *ſangvinarius*, *ſangvinaris*.

Italis, *pietra hematite*, *pietra hematide*.

Gallis, *pierre hematite*, *une pierre rouge come ſang*.

Anglis, *bloude ſtone*.

Danis, *Blood-ſteen*.

Svecis, *Bladh-ſteen*.

Bohemis, *Krewa gamen*.

Polonis, *Kreſſ kamven*: A. M. Braſavol. in exam. ſimplic. pag. m. 745. à Polonis *Kamyen hæmatites* dicitur.

Belgis, *Bloet-ſteen.*
Germanis, Blutſtein.

Qvamvis enim & alios lapides hoc nomine (Blutſtein) vocent, imprimis *Carneolum rubrum*, & *Jaſpidem rubram, vel vireſcentem, variegatam & guttis cruentis conſperſam*; (Renodæus, qvi Jaſpidem talem ſub nomine hæmatitis deſcribit, maht.med. l.2.cap.10.) à perſvaſione, qvaſi ſangvinem ſiſtat, ſi geſtetur, aut manu comprimatur, dum incaleſcat; Geſner. de figur. lapid. pag. 149. & Paracelſo *Jaſpis ſit lapis hæmatites*; ut videre eſt in Paracelſi dictionario Dornei pag. 54. Ita qvoqve lapis Indiæ orientalis *Alaqueca* dictus; de qvo Garcias ab Horto l. 1. c. 53. & Jaſpis vel Achates, *Diaſpro*, ex novâ Hiſpaniâ Indiæ occidentalis, de qvo L. Fioravant. Capricci medicinali l. 1. c. 37. Germanicè, ut dictum, Blutſtein / poſſent nominari, cum contactu vel ſuſpenſione ſangvinem, qvacunqve ex parte effluat, ſiſtant; ut & lapis in litore fluvii S. Crucis in Indiâ occidentali repertus, & Blutſtein appelatus, de qvo in hiſtoriâ Antipodum J. L. Gottfried / part. 2. fol. 442. Præ aliis tamen hæmatites noſter hoc nomen obtinuit, & in ſpecie vocatur Blutſtein.

Appellatur etiam *ἱματίτης* vel *εἱματίτης*: (Cæl.

(Cæl:Rhodig. l. 3.c. 12. Aglaias *εἰαρίτην τὸν αἱματίτην λίθον* vocat) ab *ἔαρ* vel *εἶαρ*, ſangvis; ob cauſas jam dictas.

A qvibuſdam dictus eſt *Earites*. à Græco *εἶαρ*, ver, qvo nomine in Alexipharmacis Nicandri dicitur ſangvis, per Metonymiam: qvod verno tempore plurimùm ſangvis exundet. R. Goclen. in Phyſicâ Brunonis Seidelii l. 2. c. 4.

Anthraciten Plinio teſte l. 36. c. 20. Græci etiam vocârunt: vide infra in Schiſto.

Sochites etiam qvibuſdam nominatur.

Hebræis eſt *Emach*; ſecundum L. Phrieſen, in Synonymis, pag. 23. Arabibus eſt *Sedenegi*, *Sedenagi*, *Sendenegi*, *Sendene*, *Scendene*, *Scedenigi*, *Scebedenigi*, *Sandenegi*, *Sedine*, *Alſadanegi*, *Alſcendene*: ita enim vertunt has voculas diverſimodè ſcriptas Andr. Bellunenſis in Arabicorum nominum apud Avicennam interpretatione; uti & Gerard. Cremonenſis apud Avicennam Canon. l. 2. tr. 2. c. 240. J. Coſta in adnotat. marginal. ad Meſue part. 2. ægritud. particular. ſect. 1. ſumm. 2. c. 6.

Interpretes Averrois Simplicium c. 43. *Scedeneg*: & Rhaſis de Simplicibus, c. 48. *Sedine*: & Jac. Manlius comm. in Philonium Perſicum in Luminari majore ſect. 1. t. 91. fol. 20. & in Athanaſiam fol. 22. *Sedenegi* vertunt hæmatiten.

In compoſitione Trochiſcorum de terrâ

Sigillatâ Meſue diſtinct. 8. de Trochiſcis f. m. 170. *Sedenagi* vel *Sedenegi*, vertitur lapis hæmatites â Simone Genuato, Nicolao Præpoſito Diſpens. l. 3. fol. 90. ubi ita: *Sedenegi* i. lapis ematiſtes, & ita debet poni in trochiſcis de terrâ ſigillatâ Mes. & non ſemen canap. ut aliqvi falſò expoſuerunt: verum eſt qvod *Sedenegi* eſt ſemen canabis. Similis error habetur in tertio (canon. Fen. 16. tr. 2. c. 6.) Avic. c. de fluxu ventris ſangvineo abſqve excoriatione, in duobus (imò tribus) locis: etiam in caſu non conferret ſemen canapis. Girolamo Caleſtani Parmigiano, Speciaria parte ſeconda, oſſervatione ne trochiſci di terra ſigillata, pag. 264. Cum verò hoc modo bis in unâ eademqve dictorum trochiſcorum deſcriptione poneretur hæmatites (ſicuti tralatio antiqva Meſue & lapidem hæmatiten & Sedenegi ponit: qvam imitatur Alphons. Ferrus de ſclopet. vuln. l. 3. c. 3. A. M. Braſavol. in exam. Trochiſc. pag. m. 151. Girol. Caleſtani l. c. pag. 263. G. Melich. Diſpenſ. diſtinct. 8. pag. 238) vertunt *Sedenegi* fumariam vel ſemen fumariæ, Chriſtophorus de Honeſtis, Sylvius, Deſſenius, C. Marinell. Pharmacopœæ l. 2. comm. 7. pag. 393. 394. & addit, ridiculum eſſe audire aliqvos ſumentes loco Sedenegi lapidem hæmatiten, cum in ipſâ deſcriptione adinveniatur: attamen ille ipſe Marinellus in Philonio Perſico *Sedenegi* vertit lapidem hæmatiten.

Semen

Semen cannabis vertunt *Sedenegi* A. M. Braſavol. J. Manardus, B. Beſſenius, G. Melichius, Romani.

Apud Serapionem de temperamentis ſimplicium, interpretibus Abrahamo Judæo & Simone Jaruenſi, edente verò O Brunfelſio, *Scebedenigi* c. 207. vertitur canabſ: *Scedenigi* c. 411. (in exemplari An. 1525. Lugduni impreſſo, eſt caput 421.) hæmatites. Ita etiam in Synonymis Serapionis lit. S.

Scebedenigi Ara eſt ſemen canabis: *Scedenigi*, *Scednie* Arab. 1. ematites. Matt. Silvatic Pandect. medic. fol. m. 152.

Unde Jacob. Manlius in comm. in Philon. Perſic. in Luminari majore l. c. & fol. 57. *Schedenegi* cum litera h. ſemen cannabis: *Sedenegi* ſine h. (qvaliter omnes codices Meſue habere dicit) hæmatiten denotare ſcribit.

Qvamvis verò Lumen Apothecariorum & Theuſaurus Aromatariorum differentiam hanc agnoſcere videantur: tamen illud (Lumen Apothecar.) in trochiſcis de terrâ ſigillatâ, diſtinct. 4. deſcript. 16. vertit ſemen cannabis, cum antea etiam poſuiſſet hæmatiten; ut & in Philonio Perſico diſtinct. 2. deſcript. 25. Semen cannabis interpretatur: Hic (Theſaur. aromatar.) in Philonio Perſico fol. m. 133. ſimiliter vertit ſemen cannabis; qvod tamen in hâc compoſitione non convenire dicit Manlius l. c.

G. Melichius Diſpenſ. diſtinct. 1. pag. 2.

in

in ſchol. ad Philonium Perſicum ita: *Sedenegi* lapis eſt hæmatites: Falsò autem hoc loco monachi Meſuæ commentatores *Sebedenegi*, qvod Serapioni eſt ſemen cannabis, & confectionem trochiſcorum de terrâ ſigillatâ ingreditur, pro *Sedenegi* ſcribunt.

Girdam. Caleſtani l. c. oſſerv. nel Philonio Perſico pag. 138. Scedenegi vel cum aſpiratione, vel ſine aſpiratione, eſſe lapidem hæmatiten, & plus in hâc confectione convenire, qvam ſemen cannabis, ſcribit.

Qvamvis vocem *Eupiſtidos*, vel *Euphiſtitis*, vel *Emphiſtidis*, vel *Enſiſtidos*, qvæ etiam habetur in Trochiſcis de terrâ ſigillatâ, qvidam etiam ſemen cannabis interpretentur, A. M. Braſavol. in exam. trochiſc. pag. m. 153. Sylvius in Meſuen de Trochiſc. diſtinct. 8. ut hoc modò & ſemen hoc (ſi Sedenegi eſt ſemen cannabis) bis poneretur. Idcircò omittunt paulò poſt citandi autores, Eupiſtidos, contenti Hypociſtide, qvem per Eupiſtidos intelligunt.

Trincavell. enchir. med. l. 1. ſ. 2. c. 7. videtur Sedenegi & fumariam & ſemen cannabis interpretari, dum hæc duo ſimul, unà cum lapide hæmatite, in trochiſcos de terrâ Lẽniâ aſſumit. Qvod etiam facit Antidotar. Romanum in Trochiſcis de terrâ ſigillatâ, pag. 97. Igitur idem Antid. Rom. in Barbarorum nominum expoſitione (ne qvem offendat) ita:

Sede-

Sedenegi lapis hæmatites, ſemen cannabis, aut fumariæ.

Pro Sedenegi etiam ſumunt ſemen granati ſylveſtris; J. Coſta ex Synonymis Avicennæ, in addit. ad Meſue l. c. grana berberis; Colonienſes, in Diſpenſat. fol. 48. 49.

Planè autem alterâ vice (nec ſine judicio) omittunt *Sedenegi*, haud dubie cenſentes, illud denotare lapidem hæmatiten, Nicolaus Præpoſitus Diſpenſarii l. 2. tit. T. fol. 78. Ricettario Italico in Venetia, 1560. parte ſeconda. pag. 131. Trattato della materia medicinale, libro terzo, pag. 303. Fernel. meth. med. l. 7. V. Cordus, *J.* Placotomus, Guint. Andernacus, L. Fuchſius, Norinbergenſes, Auguſtani: ne hoc modo abſurda foret unius ejuſdemqve rei geminata repetitio: G. Melich. Diſp. diſt. 8. pag. 239.

Cum verò tàm prolixi fuerimus in vocabulo *Sedenegi*, & *trochiſcorum de terrâ ſigillatâ* ſæpius fiet mentio, placet Trochiſcorum ſphragidis Lemniæ, ſeu de terrâ ſigillatâ Meſue, integram, eamqvè correctam, deſcriptionem ſubnectere:

℞. ſangvinis draconis, gummoſi.
gummi Arabici, aſſi vel toſti.
Ramich, trochiſc. ramich Serapionis de ſimplic. c.
de Ramich, (hos omittit, Fernelius)
foliorum

foliorum roſarum, florũ nempè rubrorũ.
ſemin. roſar. antheræ ſeu luteor. apicum roſar.
amyli aſſi, vel benè exſiccati.
Spodii; ex ebore uſto & præparato.
acaciæ; ſucci prunor. Sylv. inſpiſſati
hypociſtidos; ſucci hypociſtidis.
Sedenegi; lapidis hæmatitis præparati, vel trochiſcati, [eupiſtidos: ponit A. M. Braſavol. omittit Nicol. Præpoſ. Diſpenſarii l. c. V. Cordus, Sylvius, antiqva tralatio Meſue, Auguſtani, Melichius, Marinellus, Fernelius; cum hypociſtis antea poſitus]
balauſtii.
boli Armeni.
terræ ſigillatæ.
[Sedenegi hîc omittitur]
corallor. rub. præp.
carabe, vel ſuccini præp. ana ℥ij.
margaritar. præp.
tragacanthi.
ſem. papaver. nigri. ana ℥iſs.
ſem. portulacæ, parum aſſi.
cornu cervi uſti præp. vel philoſoph. calcinati.
thuris maſculi.
gallarum, ſeu nucum vel conorum cupreſſi. croci. ana ℥ij
M. & F. Trochiſci cum aq. arnogloſſæ vel plantaginis.

Ad-

Adduntur qvandoqve Opii ℥ij. & tunc ſunt Trochiſci de terrâ ſigillatâ cum opio Meſue.

Nec deſunt qvi ſtupidè Hæmatiten cum Aëtite confundant, ac promiſcuè uſurpent, qvando tamen omnes autores diſcreta utriusqve capita aſſignant. Deſſen. de comp. med. l. 6. pag. 557.

Sunt qvi ſpeciem qvandam hæmatitis Oſtracitis nomine indigitent. O. Worm Muſei l. 1. ſ. 2. c. 12.

Hæmatiten veteres Marti dicarunt: Encel. l. 3. c. 6. reſpicientes procul dubio ad colorem ſangvineum, qvi Martis eſt.

CAP. II.

De modo generationis Hæmatitis.

EST autem hæmatites vel naturalis, vel factitius.

Naturalis generatur ex ramentis vel ſedimine, qvod aqva abraſit â ſaxo rubro vel rubricâ. Agricola de ortu & cauſ. ſubterran. l. 4. c. 15. & 17. de naturâ foſſil. l. 5 c. 6. â, calore ulterius excoctis, & in lapidis conſiſtentiam induratis.

In qvocunqve enim loco hæmatites & ſchiſtos inveniri ſolent ibidem ſunt ſaxa rubra

& terræ ejuſdem coloris, ex qvibus ortu generati ſunt. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. P. Albin. chron. Miſnenſi metallico, tit. 19. fol. 150. J. Gorræus definit. medic. l. 1. fol. 11. Kentmann. nomenclat. rer. foſſil. pag. 25. Vide etiam capitis ſeqventis differentiam primam.

Hæmatitæ ſunt ſaponici lateres, atqve mollibus è ſaponibus boliſvè torrefacti: aus welcher Seiffenerden gehärtet. Jac. Schalling. oculiſtica l. 3. ſect. 2. c. 11.

Joh. Joachim. Recher. ex aqvâ coagulatâ ſulphureâ, ſed impuriore, generari ſcribit: Metallurgiæ part. 1. pag. 5. qvod haud dubiè hauſit ex A. Kircheri itinere ecſtatico, 2. dialog. 1. c. 1. de aqvæ naturâ, pag. 25. 26. 27.

De factitio hæmatite, vide caput 8.

CAP. III.

De differentiis hæmatitis: 1. à loco natali: 2. à figurâ.

Differt autem hæmatites 1. loco natali. Eſt enim Germanicus, Moravicus, Bohemicus, Polonicus Italicus, Æthiopicus, Africanus Arabicus.

In venitur verò in jam dictis locis, *vel in propriis veris*, & qvidem ſæpius: Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. ut Germaniæ ſylvâ Hercyniâ; vel in Cheruſcis Northuſiæ, Hartzgerodæ, Miſniæ

Hæmatites botryite



Hæmatites ferri politi
cum maculâ cinnaba



niæ Annebergio, Geuro, Zeblicio; Saxoniæ Hildeshemio, Goſelariâ; (Haſſiæ Gladebacho; Thuringiæ Salveldiâ, Salburgiâ, Jenâ. (Encel. l. 3. c. 6.)

Italiæ agro Brixienſi; qvi tamen bonitate peregrinis cedit. Matthiol. comm in Dioſc. l. 5. c. 101.

Vel invenitur inter rubricas; (qvas hæmatitum parentem eſſe dicit Agric. de ort. & cauſ. ſubterr. l. 4. c. 17.) ut *in rubricâ Sinopicâ*: Dioſcor. l. 5. c. 101. Oribas coll. l. 13. *in rubricâ Miſnicâ* Kentmann. pag. 25. P. Albin. Chron. *Miſn.* metall. tit. 19. fol. 150. *in rubricâ Norico-Sulzbachianâ*: P. Albin. l. c.

Vel invenitur in ferrifodinis; ut Bohemicis ad Leſſam pagum, non procul à Schlackewerda: Noricis ciſdanubianis, qvæ abſunt ab Ambergo ad ſecundum lapidem: Agric. de nat. foſſil. l. l. 5. c. 5. Ilvanis: Cæſalpin. l. 2. c. 56. Breſſanis: *Matthiol.* l. c. Leand. *Albertus* de Italiâ, pag. 393. Ilfeltenſibus: J. Coler. æconom. l. 2d. c. 36.

Cum etiam in ferrum excoqvi poſſit hic lapis, adeò, ut ferè nihil aliud ſit qvam ferri materia; *Mathiol.* l. c. in qvod etiam excoqvitur ex hæmatite nigro *Ambergi*; V. Cordus annotat. in Dioſcor. l. 5. c. 144. & in Sylvâ obſervationum fol. 218. in valle *Joachimicâ*; Matthiol. l. c. & hodierno tempore,

ex ſchiſtho & ſchiſti nodo propè Kreſslizium in loco Rotha dicto: & in Voitlandiæ Schöneheidâ. Vid. etiam J. J. Becher. in Parnaſſi med. illuſtrati part. 3. fol. 36.

Unde Nob. & Exc. Dn. D. Chriſtoph. Keiling, Archiater Manſveldicus, in literis Isbeliæ. 12. Januar. 1663. datis ad Dn. D. Eliam Schmidt inter alia ſcribit; Nec hîc prætereo tenerrimum ferri germen, lapidem hæmatitidem dictum, cujus virtus præter vulgarem in actu practiço Medico efficaciam ſidereo qvodam influxu genus humanum beat, undè non immeritò Martis aſtrum appellitari meretur.

Invenitur verò freqventer iis in locis, ubi magnes (cujus ſpecies eſt hæmatites: Geſner. de figur. lapid. pag. 83.) reperitur: uterqve autem in ferrifodinis.

Ex hæmatiticâ glebâ ferrarii ſpiritus gravidâ intra ferrifodinas magnetæ naſcuntur. Jac. Schalling. l. c.

Interdum etiam, ſed obſcurè, ferrum trahere animadvertitur: B. â Boodt. l. c. 2. 06. cum magna ſit cognatio magnetis & hæmatitis: Encel. l. 3. c. 6. & 8. & hæmatites ſpurius ſit magnes, tametſi ad ſe ferrum trahat; qvod ſcribit S. Majol. dier. canicul. T. 1. colloq. 18. pag. 405. ubi ita Plinius: Ibi (in Æthiopiæ Zimiri) & hæmatites magnes ſangvinei coloris, ſangui-

nem

nem reddens ſi teratur, ſed & crocum. In attrahendo ferro non eadem qvæ magneti, hæmatitæ natura. Æthiopici argumentum eſt, qvod magnetem qvoqve alium ad ſe trahit. Qvæ verba ita allegat Majolus: Hæmatites lapis Æthiopicus, magnetem alium ad ſe trahit; uterqve enim Magnes eſt.

Androdamanta Plinius l. 36. c. 20. ex Sotaco, hæmatitis ſpeciem facit: qvi duritia ac pondere inſignis eſt, unde & nomen invenit, (Magi putant nomen impoſitum ab eo, qvod impetus hominum & iracundias domet. Plin. l. 37. c. 10. ἀνδροδάμας, â δαμάω, δαμάζω, ſubigo) coloris nigri, præcipuè in Africâ invenitur, trahens ad ſe ferrum, reddens ſuccum ſanguineum.

Huic reſpondet plurimum noſter hæmatites, qvi reperitur in Geuro, duriſſimus ad cotem, qvi eſt *Tricbrus*. Encelius l. 3. c. 6. vide caput ſeqvens.

Invenitur hæmatites etiam in ſodinis lapillorum, è qvibus ſtannum ſeu plumbum album excoqvitur: neben den Zwittergängen / und unter die Zwitter. P. Albin. l. c.

Vel in ſodinis argenti vallis Joachimicæ: P. Albin. l. c. fol. 151. In Hildesheimio tractu natura ex oſtracite facit hæmatiten. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 6.

Differt II. hæmatites formâ ſeu figurâ: Habet ſtrias inſtar antimonii.

Globoſus ferè ſemper eſt; & hic interdum cavernulis plenus eſt, ut Hildeshemius; Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. interdum *uvarum modo concrevit*, ut Hercynius; Agric l. c. Vocatur talis *hæmatites botryites:* Metallici foſſores & hunc vocant Glaßkopff: Interdum *cerebri detecti formam præbet*, ut Hercynius vel Cheruſcus Northuſiæ & Hatzgerodæ. Encel. l. 3. c. 6. qvi reperitur in lapide duro ſubcinereo, cum corio ferri coloris obducto, & foraminibus in ſuperficie pleno. Kentmann. pag. 25. Talem *cerebri formem* hæmatiten depingit F. Imperat. hiſt. natur. l. 26. c. 7. Muſæum Calceolarianum ſect. 3. f. 273.

Niger, turritus, ſtalacticus & erinacei modo aculeatus effoditur circa vallem D. Joachimi. V. Cordus ſylv. obſerv. fol. 218. *Niger, turbinatus*, qvaſis Geurenſis, Annebergenſis, Salveldenſis. Encel. l. 3. c. 6.

CAP. IV.

De differentiis hæmatitis 3. à colore, & 4. à conſiſtentiâ.

Differt hæmatites III. colore: & qvidem vel lapidis vel ſucci, qvem reddit lapis.

Lapidis: habet enim colorem vel ſanguinis, vel ferri; & tùm interdum aliqvæ par-

tes extimæ croci imitantur colorem, qvalem gignit Miſena. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. vel niger eſt, ut Goslarianus, Annerbegius, Salveldenſis, Ambergenſis: vel purpureus, ut Haſſus: vel flavus.

Antipathes gemma, qvæ nigra non transſlucet, non videtur aliud eſſe qvàm hæmatites niger. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 6. qvidam putant eſſe corallium nigrum. B. â Boodt l. 2. c. 303. pag. 280.

Succi: alii facilè reddunt ſuccum, ut plerіqve: alii difficulter, ut Arabicus & Miſenus, nimis duri.

Qvanqvam verò ferè reddat ſangvineum; tamen Arabicus croco ſimilem reddit. Goſelariani pars, qvæ uvarum modo concrevit, nigrum reddit ſuccum, alterâ in croceo nigrum. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5.

Niger Goslarienſis reddit ſuccum croceum. Eſtqve procul dubio *Medus niger Alberti.* Encel. l. 3. c. 6.

Verùm Medum inter lapides ignotos refert B. â Boodt.

Huc refertur *Trichrus ex Africa*, qvi niger eſt, ſed tres ſuccos reddit, â radice nigrum, medio ſangvineum, ſummo candidum. Plin. l. 37. c. 10.

Germanicum Trichrum Geuri, Annebergi & Salveldiæ reperiri, aſſerit Encel. l. 3. c. 6. qvi

turbinatus ſit & durus, B. Paludan. in Indice rer. natural. capſulâ 7. habet Trichrum hæmatiten.

Niger & pondere inſignis & *Androdamas*, (à nonnullis vocatur *Andromas:* B. â Boodt l. 2. c. 303. redditqve ſuccum ſangvineum J. Jonſton. notit. regni mineral. c. 4. art. 3. pag. 50. qvi hunc etiam ad hæmatiten videtur referre.

Trichrus eſt lapis compoſitus ex duplici hæmatite, nigro ſcilicet & rubro, ac ut videtur, galactite vel aſſimili. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 6.

Verum trichrum B. â Boodt. inter lapides ignotos recenſet. Dum uritur hæmatites, vinoqve aſpergitur, minii vel cinnabaris colorem imitatur, ſi ſanguinis concreti ſimilis fuerit; ſi nigri, mutatur in profundiorem. Agric. de nat. foſſ. l. 5. c. 5.

Uritur autem ut Phrygius, irrigato vino. Sic enim legit Dioſcorides, Græcus Aldinus Anno 1518. & Serapio c. 411.

At Matthiolus cum Plinio legit: Uritur ut Phrygius ſine vino duntaxat. Oribas. coll. l. 13. uritur perinde ut lapis Phrygius, ſed nullo vino perfunditur.

Placet prior lectio, & modus uſtionis.

Modus verò uſtionis eſt, ut modicè levis fiat, & bullis qvibuſdam intumeſcat. Dioſcor. l. 5. c. 101.

Uſtus

Uſtus abluitur aqvâ vel ſimplici, vel, qvod melius, deſtillatâ plantaginis, portulacæ, &c. aqvam ſæpius mutando: Chr. Wirſung in introduct. libri ſui medicinalis c. 6. fol. 4. qvamvis & non uſtus, pulveriſatus tamen, hoc modo abluatur: Chr. Wirſung. l. c.

Diverſæ enim ſunt vires loti & non loti, ut cap. ſeqventi dicetur. Differt IV. hæmatites conſiſtentiâ vel duritie. Cum denſus & plerumq; durus ſit, Arabicus & Miſenus nimis duri ſunt. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. Goſlarienſis, Salveldenſis, Geurenſis, duriſſimi. Encel. l. 3. c. 6. Non tàm durus tamen eſt hæmatites, ut vix limam ſentiat, qvod ſcribit, Magirus Phyſiologiæ l. 5. c. 2. & ex hoc noſter Dn. M. Andr. Prückner. compend. Phyſices primæ editionis, pag. 59.

CAP. V.

De viribus ſeu facultatibus hæmatitis.

Vires ejus quod attinet, *adſtringit & ſiccat*. P. Ægin. l. 7. c. Vim habet adſtringentem & excalfactoriam aliqvantum, extenuantemqve. Dioſcor. l. 5. c. 101. Oribas. coll. l. 13.

Habet tantum frigiditatis, qvantum habet ſtrictionis: Galen. 9. ſimplic. Aëtius tetrab. 2. c. 13. Frigidus eſt, adſtringẽs: Gualt. Rivius

in Dioſcor. l. 5. c. 90. Frigidæ & ſiccæ complexionis exiſtit: Averr. Simplic. c. 43.

Non ablutus eſt calidus in primo, ſiccus in ſecundo, & ablutus eſt frigidus ad ſecundum, propter ablutionem, ſiccus in tertio. In ipſo eſt ſtypticitas vehemens. Avicenn. l. 2. tr. 2. c. 240. Camill. Leonardus ſpecul. lapid. l. 2. c. 7. pag. 98. Hæmatites frigidus & ſiccus eſt lapis. Platear. in expoſit. Antidotarii parvi Nicolai, fol. m. 202. Eſt frigidæ complexionis in primo gradu, & ſiccæ in ſecundo. Chriſtoph. de Honeſtis in Meſuen diſtinct. 8.

Calidus in ſecundo, ſiccus in tertio receſſu. J. Guint. Andernacus de medic. vet. & novâ, comm. 2. dialog. 5. fol. 199.

Idem cum ferro temperamentum habet, cum aliqvâ tamen caliditate: V. Cordus in Dioſc. l. 5. c. 144. ferri autem natura eſt exſiccare adſtringereqve. Cæſalpin. de metall. l. 3. c. 6.

Uſus itaqve apud veteres medicos eſt abluti ſeu loti. Meſue de ægrit. partic. part. 2. ſect. 1. ſumma 2. c. 6. præcipuè in collyriis uſti & loti. Galen. de comp. med. ſec. loc. l. 4. c. 7.

Ob frigiditatem partium cum craſitudine & adſtrictione conjunctum, *repellens vel repercutiens eſt hæmatites*. Edmund. Hollyng. medic. œconom. c. 15. pa. 277. Fallop. de tumor.

mor. p. n. c 17. & defenſivum vel intercipiens: Hollyng. l. c. pag. 278.

Ratione adſtrictionis confert in omni fluxu ſanguineo, tàm intra corpus aſſumptus, qvàm extra admotus: factis tamen faciendis. Hinc Meſue in Antidotario, diſtinct. 8. illum recepit *in trochiſcos de terrâ ſigillatâ*: & *in Philonium Perſicum*; de ægrit. partic. part. 2. ſect. 1. ſummâ 2. c. 6. Nicolaus *in Athanaſiam magnam*, in Pharmacopœâ Auguſtanâ claſſ. 14. ſangvinem undecunqve manantem & ſputa cruenta cohibentia, ac varii generis hæmorrhagias ſiſtentia: Fr. Valleriol. de Philonio Perſico l. 4. obſ. 8. & l. 5. obſ. 6. D. *Caſp. Gutmannus in pulverem ſtegnoticum*, ad omnes fluxus ſangvineos narium & hepatis ſiſtendos, imprimis menſtruam mulierum purgationem ſuperfluam, dyſenteriam, diarrhæam, alvi & uteri profluvia alba curanda, ſupprimendum vulnerum ſangvinem. Pharmacop. Auguſtan. Zvvelferianâ fol. 163. *Hochſtetter. in ſuum pulverem ſtegnoticum*: obſ. dec. 2. caſu 6. *Mynſichtus in ſuum pulverem ſticticum*; Theſaur. & Armament. medico Chim. ſect. 5. pag. 117. *Heurnius in pulverem ad omnem ſangvinis fluxum*: in Hipp. 3. §. 50 & 5. §. 3. & 5. §. 13. & 7. §. 15. & de morbis mulier. c. 2. *Galenus in pulverem adſtringentem*, in Pharmacop. Auguſtanâ claſſ. 9. *Sighardus in Syrupum de plantagine compoſitum*, apud Höchſtetterum obſerv.

 dec.

dec. 1. caſu 3. *Georg. Wirth lap. hæmatiten decies lotum in potionem* ex ſyrupo de papav. errat. aqvâ centinodiæ, & Philonio Perſico: J. Langius l. 3. epiſt. 1. c. 6.

Oleum ex hæmatite etiam ad ſanguinis profluvia utile: J. G. Andernac. de med. vet. & novâ comm. 2. dialog. 7. fol. 661.

In ſanguinis verò profuſionibus, qvæ de profundo corporis erumpunt, confert maximè, ubi vas aliqvod ruptum eſt. Galen. 5. meth. med. 5. Meſue de ægrit. partic. l. c.

In manibus detentus, usqve dum incaleſcat, hæmorrhagias ſiſtit. C. Bartholin. de lap. nephrit. c. 10. pag. 25. vel è collo ſuſpenſus: Holler. l. 1. de morb. int. c. 22. & 58. Qvod tamen Paracelſus Carniolo potius aſcribit, dum ita: Carniolus ſi manu geſtetur, ſiſtit ſanguinem, non autem hæmatites. Vid. Paracelſi chirurg. magna l. 1. tr. 2. c. & chirurg. vulner. tr. 2. c. 12.

Siſtit verò ſangvinem hæmatites ob ſignaturam, qvam ad eum habet. Crollius de Signaturis int. rer. pag. 32. Qvercetan. de ſimpl. ſign. ext. pag. 80. *J.* D. Mylius Antidotar. medico-chym: l. 1. c. 6. pag. 70.

Occultis viribus ſangvinem ſupprimit. Fernel. meth. med. l. 6. c. 13.

Et facultatem hanc ſiſtendi hæmorrhagias qvaleſcunqve habent etiam *aqvæ minerales participantes de hæmatite*. Tabernæmont. hydrothe-

ſauro

ſauro part. 2. c.87. pag. 631 Thurneyſſeri Piſon. l. 6. c. 65. In horum defectu idem præſtant aqvæ artificiales. Tabernæmont. l. c.

In ſpecie verò *uſurpatur hæmatites in* ῥινοῤῥαγία *vel hemorrhagiâ narium* ſymptomaticâ. Holler. de morb. int. c. 22. Sennert. pract. l. 1. part. 3. ſ. 4. c. 8.

Manu enim retentus; Peucer. pract. med. c. 6. pag. 330. Guil. Ad. Scribon. Phyſic. l. 2. pag. 80. Untzer. de Nephritide l. 1. c. 24. p. 108. Mylius l. c. *vel de collo ſuſpenſus*, Holler. l. c. Peucer. l. c. *vel collum eô cinctum*; nam ſemper friget, & jugulares ob id ſtringit. Heurn. de morb. narium c. 10. pag. 78. *vel brachiis, qvibus locis arteriæ patent, alligatus*; G. Steegh. med. pract. l. 8. c. 37. *vel fronti applicatus*; Wirſung. medic. pract. p. 5. c. 7. §. 1. fluxum ſanguinis narium ſiſtit.

In hâc hæmorhagiâ hæmatitis cerebriformis virtutem mirabilem expertus eſt Encel. l. 3. c. 6.

Miſcetur etiam *emplaſtris, linimentis & anacollematis, collo, fronti & temporibus applicandis: vel peſſariis ſeu turundis intra nares immittendis*. Meſue de ægrit. partic. parte 1. ſect. 1. ſumma 7. c. 2. Dom. Leonus pract. l. 6. ſ. 1. c. 6. Maſſaria pract. l. 1. c. 31. Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 5. pag. m. 574. Fr. Valleriola l. 4. obſ. 8. Minperer. de peſtil. l. c. 17. pag. 310. I. V. Finckius enchir. med. c. 10. pag. 70. 71. Untzer.

de

de lue peſtif.; l. 3. c. 13. pag. 267. *Epithematibus ad epar.* Sennert. pract. 3. ſ. 4. c. 8. pag. 973. *Amuletis*: Sennert. l. c. pag. 975.

Vel *pulvis hujus in nares inſufflatur*: A Villanovan. brev. pract. l. 1. c. 33. Joh. de Concoregio pract. tr. 1. cap. 84. *Trochiſci de terrâ ſigillatâ*, in qvibus hæmatites, naribus immittuntur. J. Sylvius meth. curat. pag. 79. *Athanaſia magna*, Nicolai in qvâ itidem hæmatites cum ſucco plantaginis cum hæmatite diſtemperato, ut infra in menſibus immodicis dicetur, naribus attracta, fluxum ſangvinis narium ſiſtit. Nicolaus Antidotar. parvo, fol. m. 201. & Platear. in expoſit. fol. 202.

Aëtius lapidem molarem fervefactum ac ignitum, aceto acerrimo extinguit & vaporem naribus admovet: tetr. 2. ſerm. 2. c. 92. & Serapio pract. tr. 2. c. 13. hoc ego commodius & felicius cum hæmatite perfici poſſe puto.

Interne datur vel per ſe cum aqva foliorum qvercus, plantaginis, aqvâ decoctionis eqviſeti, ſyrupo corallino, myrtino: *vel in pulvere Alexandri* â ℨj. ad ℨij. apud Holler. de morb. in t. c. 22. *aut in pulvere Plateri* l. c. pag. 571. Fr. Valleriol. l. 4. obſ. 8. *aut in hauſtu*; J. Langii. l. 3. epiſt. c. 6. *aut in trochiſcis de terrâ ſigillatâ*: J. Sylvius meth. cur. pag. 80. Guil. Fab. cent. 2. obſ. 15. *aut in Athanaſiâ magna* in qvibus hæmatites.

In

In hæmorrhagiâ narium criticâ, ſi modum excedat, etiam hæmatitis uſus eſſe poteſt & debet; ut in febribus malignis, in qvibus venenum naturam veneni radicis Crocodilii imitatur, qvæ pota, non tantum ſangvinem copioſum per nares pellit, Dioſcor. l. 10. c.10, ſed & totum ſangvinem exhaurire potis eſt. E. Burggrav. tract. von der Vngariſchen Hauptſchwachheit/ c. 18. pag. 76. 77. & c. 1. pag. W. Gabelchover. ex B. Conradino, cent. obſ. 36. Vide etiam Minderer. de peſtil. c. pag. 308, 310. Untzer. l. c.

Tinctura lapidis hæmatitis etiam utilis. Sennert. pract. l. c. ut & flores hæmatitis.

Fronti in peſte, ubi nimia hæmorrhagia, ecollema inſinuandum ex lapide hæmati- &c. cum aq. burſæ paſtoris, plantag. aceoſaceo. A. Kirchov. diſp. inaug. de Peſte, 96.

Conducit hæmatites in ſputo ſangvineo. idem lapis ſimiliter in cote contritus ſanis expuitioni convenit, Galen. l. 9. ſimplic. us tetrab. 1. ſ. 2. c. 13. Ad ſputa cruentaur utiliter. P. Ægin. l. 7. c. 3. Serapio pract. c. 25. Uſus eo ſum in his, qvi largius ſanem reijciebant, cum ſucco Punici mali & s, vel cum ſucco polygonii: in qvibus au- ſangvis non copioſè evacuabatur, etiam ex olâ egelida. At lævigare ipſu curioſè opor-

portet, ut in tenuiſſimum pulverem redigatur, ſitqve aërius & vento perſimilis. Dedi ego ex eo ſcrupula qvatuor, & paulò amplius minusvè Al. Trallianus l. 7. c. 1.

Ex hoc modo non ſine fructu eô etiam uſus eſt. P. Foreſt. l. 16. obſ. 17. 19. & in ſcholio.

Bibunt eum & qvi ſanguinem ejecerunt *cum ſucco Punici mali*. Plinius l. 36. c. 20. Aëtius tetr. 2. ſ. 4. c. 63. *cum ſucco ſangvinariæ, aut ſucco mali Punici, aut cum aqva arnogloſſi ſeu portulacæ lævigatum*. Ioh. Damaſcen. l. 4. c. 25. qvi hunc in finem poſtea eum etiam diverſis compoſitionibus immiſcet.

De ſucco mali Punici, cum qvo deglutiendum præbent hæmatiten præcitati autores, vide Zacut. Luſitan. medic. princip. hiſtor. l. 2. hiſt. 5. pag. m. 56. & ſeqq.

Sumitur etiam *cum ſucco arnogloſſæ aut portulacæ*: Meſue de ægrit. partic. part. 2. ſect. 1. ſumma 2. c. 6. *cum ſucco plantaginis vel ſucco burſa paſtoris*: Rhas. l. 4. contin. Fr. Valleriola l. 5. obſ. 6. *cum ſucco plantaginis cum aqvâ roſarum extinctionis lapidis hæmatitis*: Ioh. de Concoreg. pract. tr. 2. c. 7. *cum aqvâ arnogloſſæ*: Avicenn. l. 3. fen. 10. tr. 3. c. 6. Fr. Valleriol. l. 5. obſerv. 6. *cum mucilagine pſyllii*: Meſue l. c. Dn. Leon. pract. ſect. 2. l. 2. c. 7. *cum vino cydoniorum*: G. Steegh. medic. pract. l. 8. c. 38.

cum

confectione puſcæ frigidæ & calidæ Ni-
i Alexandrini, de comp. med. c. 136. &
De puſcâ vel poſcâ vide Joann. Agricolæ
nopii annot. in Nicolai c. 674. P. Ca-
am epiſt. med. 2. pag. 32.
Cum decocto centinodiæ aut ſymphyti majoris
ntaphylli ad ℥i. Ioh. Fontanus pract. l. 2.
decocto plantaginis & ſanguinariæ: Fr. Valle-
l. 2. obſ. 3.
Cum ſaccharo roſaceo vetere: Guarinon. conſ.
Pereda in Paſchalii meth. cur. l. c. 28. P.
us Caſtellus de aff. thoracis tr. 4. c. 6. pag.
J. C. Claudin. conſ. 106.
Aut aliis electuariis vel eclegmatibus immixtus:
te l. c. Montagnana conſ. 104. Amat. Luſit.
7. cur. 16. Euſtach. Rudius art. medic. l. 1.
. Holler. l. 1. de morb. int. c. 27. Fr. Valle-
l. 3. obſ. 6. H. Saxon. prælect. pract. p. 1. c.
. J. C. Claudin. conſ. 114. Frambeſar. ca-
& conſil. medic. l. 4. tit. 4. pag. 273. Myn-
thes. & arm. medico-chym. ſect. 13. pag.
:36.
In pilulas redactus cum gummi Arabico &
e: Mylius Baſil. Chim. l. 4. c. 17. cum coa-
hœdi lactantis: Wirſung. l. c. f. 123. ſicuti et-
lulis immiſcet A. Cernniſonus, conſ. 54. 55.
Cum aquâ decoctus: Plater: prax. T. 3. l. 2.
pag. m. 635. cum Julapio ex ſyrupo de roſis
, cydoniorum, myrtillorũ, aqvâ plãtaginis.

portulacæ: Frambeſar. l. c. cum Philonio Perſico, ſyrupo cydoniorum & aqvâ plantaginis in potionem redactus; Fr. Valleriol. l. 2. obſ. 2. in Athanaſiâ magnâ cum ſucco plantaginis eo modo, qvo in fluxu menſium immodico dicetur, diſtemperato: Nicolaus in Antdiotario parvo, fol. m. 201.

In trochiſcis de terrâ ſigillatâ Meſue, cum aqvâ arnogloſſæ vel plantaginis: Nicolaus l. c. Antidotarii de Trochiſcis, cum decocto hæmatitis conqvaſſati: Holler. l. 1. de morb. int. c. 27. *in trochiſcis de terrâ ſigillatâ Rhaſis*, cum aqvâ albedarogi, (baſilicon interpretantur) aut æqvâ pertulacæ: Antidotar. c. 34. & Diviſion. c. 53. *in trohiſcis A. Villanovani*, cum aqva pluviali & roſarum: Breviar. pract. l. 2. c. 8. *in trochiſcis hæmatiticis*, & *trochiſcis de hæmatite*, apud Meſuen de ægrit. partic. l. c. *in trochiſcis Serapionis*, cum aqvâ citrulli, vel aqvâ pluviæ: pract. tr. 2. c. 27. *in trochiſcis Joannis*, apud eundem Serapionem, pract. tract. 7. de antid. c. 18.

In pulvere Peuceri, pract. med. c. 9. pag, 402. 403. *in pulvere Amati Luſitani*, cum albo ovi optimè concuſſo: cent. 5. cur. 1. & cent. 6. cur. 20. *in pulvere Fr. Valleriolæ*, cum aqvâ hordei decoctionis plantaginis & continodiæ: l. 3. obſ. 6 ex aqvâ plantaginis & peculorum roſarum & ſyrupo de ribes: l. 2. obſerv. 2. *in ſpeciebus diaMartis Mynſichti*, theſ. & armam. medico-chym.

ſect.

5. pag. 103. *in ſpeciebus diaplantaginis ejus,* pag. 122.)

Cibis etiam inſpergitur hæmatites: Platear. t. de ægrit. ſpirit. c. 7. Wirſung. l. c. fol.

Commendant præterea hæmatiten in ſputo ſan-, Heurn. in Hipp. 7. §. 15. & 5. §. 13. & de ɔ. pector. c. 6. pag. 127. Platear. l. c. Hol-. de morb. int. c. 27. Trincavell. enchir. l. 4. c. 7. Meſſarias pract. l. 2. c. 6. Mer-T. 3. de int. aff. cur. l. 2. c. 5. H. Saxonia, G. Steegh. l. c.

Aſſumendus hic lapis frigidis actu me-ntis commixtus, qvæ inſpiſſant, ad-gunt, ſiccant, craſſant, cohibent, ſangvi- undeqvaqve manantem ſiſtunt, & ad es immodicas excretiones valent eximiè. ·ò cum aqvâ tepidâ ſæpius pro compe-lo ſangvine ab ſpiritalibus partibus ıntè Galenus propinat, id in iis, qvi co- ſangvinem non expuunt, facit, ut aqvæ e promptius medicamentum ad longin- thoracis partes penetrare poſſit. Scis medicamenta pectori conferentia ſem- iqvid vehiculi debere ſecum deferre, ex ıtiâ Galen. 4. de compos. med. ſec. loc. acutus Luſit. med. princ. hiſt. l. 2. hiſt. 5. n. 55. Fr. Valleriol. l. 5. obſ. 6.

Vomitum ſangvinis ſedat hæmatites:

H Guai-

Guainer. de paſſion. ſtomachi c. 47. Foreſt. l. 18. ſchol. obſ. 18. Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 9. p. m. 663. Dom. Leonus pract. l. 1. ſ. 3. c. 17. D. Fontanon. pract. l. 2. c. 14. P. Vaſc. Caſtell. de aff. thor. l. c. pag. 348. Sennert. pract. l. 3. part. 1. ſect. 2. c. 12. Höchſtetter. obſ. dec. 2. caſu 5. & 6. Hinc aſſumitur *hæmatites in Philonium Perſicum*: V. Cordus Diſpenſ. p. m. 66.

Memorabilis hiſtoria eſt, qvam habet Dominic. Panarolus obſerv. pentecoſte 1. obſ. 11. Laterarius qvidam Vicovarii, cum ad uxorem ſuam ſatis formoſam noviter nuptam qvotidiè circa meridiem diſcedendo à fornace, qvæ duobus ferè milliariis erat longe, proficiſceretur, accidit aliqvando mediâ æſtate, dum ipſam nimio libidinis ardore accenſus cognoſceret, ut ingenti cum mortis periculo periclitaretur. Nam copioſiſſimè per vomitum & per ſeceſſum ſangvis excernebatur, cum calor & motus ora venarum aperuiſſent; nec alio nomine iſtum morbum, qvam choleram ſangvineam appellarem. Cum ſangvine enim ad 12. libras ejecto maxima aderant ſymptomata, nempè pulſus deperditio cum dejectione virium, facies Hippocratica, ſudor frigidus, & jam deſperatus erat; tamen propinatis cum vino granatorum *lapidis hæmatitis* ſcrup. qvatuor, ſtatim ſanatus eſt magnâ omnium admiratione, qvod

hic,

cui jam ferretrum parabatur, è mortis la-
o ereptus cerneretur.

*Mictionem ſangvinis compeſcit hæ-
tites.* Sennert. Pract. l. 3. p. 8. ſ. 2. c. 7. pag.
. Datur ℈j. cum ſacchari roſarum. ʒij.
rcatus de int. morb. cur. T. 3. l. 4. c. 8.
n ſucco plantaginis, Platear. pract. de
rit. ren. & veſ. c. 2. ʒj cum aqvæ planta-
is ℥iiij. Holler. de morb. int. l. 1. c. 52.
ſtach. Rudius art. med. l. 2. c. 39. Peucer.
act. med. c. 18. pag. 628. J. Heurn. de
orb. mul. c. 12. J. G. Schenck. Pandect. l.
in Italor. med. pract. pag. 415. Platerus l.
pag. 705. H. Saxon. prælect. pract. part. 2.
35. §. 3. Aëtius tetr. 3. ſ. 3. c. 2.

Hanc ob cauſſam locum habet *hæmati-
es in trochiſcis de terrâ ſigillatâ* Meſue; l. ſu-
ra c. 7. Sylvius meth. cur. pag. 195. *in Atha-
aſiâ magnâ*; Platear. l. c. *in ſpeciebus diaMar-
is* Mynſichti, ſect. 5. pag. 103. *in ſpeciebus dia-
lantaginis* ejusdem, pag. 122. Vel cum ſucco
irgæ paſtoris præparatus *per ſyringam
njicitur in veſicam*, cum emulſione papa-
eris albi, vel cum ſucco plantaginis.
Montagnana conſ. 103. cap. 3. vel empla-
ſtro, loco unde venit ſangvis, apponen-
do, additur. A. Villanov. breviar. pract. l. 2.
. 22. *Trochiſci de terrâ Lemnia* veſicæ injecti,

H 2 ſan-

ı ſiſtentia, interna & externa, recipiunt Sera-
ɔract. tr. 5. c. 31. Guainer. de ægrit. matri-
:. 16. J. Langius l. 3. epiſt. 1. c. 6. Heurn. de
·b. mul. c. 2. pag. 19. Plater. prax. T. 3. l. 2.
pag. m. 563. 568. D. Fontanon. pract. l. 3.
:. Amat. Luſit. cent. 6. cur. 6. Peucer.
ct. med. c. 21. Holler. l. 1. de morb. int. c.
H. Mercurial. de morb. mul. l. 4. c. 2. Rod.
aſtro l. c. Frambeſar. canon. & conſ. med.
tit. 12. diſt. 3. conſ. 1. Fr. Joël Pract. T. 4.
. ſ. 2. pag. 242. Mynſicht theſ. & armam.
/m. ſect. 5. pag. 102. & 121. ſect. 13. pag. 235.
/. Finck. Enchirid. med. c. 34. pag. 202.
nſton. ideæ med. pract. l. 6. tit. 12. art. 7. *Me-*
in Philonium Perſicum, de ægrit. partic. part.
ſ. 1. ſumm. 2. c. 6. Serapio pract. l. c. *in Tro-*
iſcos de terrâ ſigillatâ, idem Meſue, diſtinct.
de Trochiſcis, fol. m. 170. Fr. de Pedemont.
: ægrit. cordis c. 10. *in Athanaſiam magnam*
icolaus? Pharmacop. Auguſt. claſſ. 14. Datur
ıtem Athanaſia cum ſucco plantaginis, qvi
ıccus debet prius duci ſuper lapidem mola-
ɜm (ſuper cotem; Platear. in expoſit) cum
ıpide hæmatite, tam diu donec in ſangvine-
·m colorem vertatur, & cum tali ſucco diſtem-
ɔerata medicina detur, & eadem bombicè in-
incta, & ſæpius in vulvam miſſa, ſangvinem
:onſtringit. Nicolaus in Antidotar. parvo,
ıddito operibus Meſue, fol. m. 201.

Paracelſus T. 6. de præparat. l. 1. tr. 2. pag. 176. 177. hæc habet: Præparatio hæmatitis in menſtruis R. hæmatitis ℥iiij. maſticis diſſoluti ℥x. carabe ℥iß. Fiat mixtura cum decoctione aqvæ aluminis, reduc in ablutionem. Menſtrua illa ſiſtenda ſunt, à qvibus pallescunt vultus, uſus ejus tutus eſt, & ſanat integrè. Decoctione factâ ad horas 7. ex hæmatite fit lutum, ex qvo fiunt trochiſci pro menſtruis. Additio in menſtruis. R. hujus hæmatitis ℥j. piperis longi, nucis muſcatæ, ana ʒß. cineris ranarum foliculorum ℈iiij. F. trochiſci cum aqvâ menthæ. Doſis ℈j. usq; ad ℈ij. Hæc eadem ex eodem repetit Joh. Dan. Mylius, Baſil. Chym. l. 4. c. 17.

Fluxum epaticum à causâ calidâ corrigit hæmatites: B. à Boodt l. 2. c. 207. Peucer. pract. med. c. 17. pag. 595. Guainer. pract. diff. 9. ſumm. 1. de fluxibus tr. 4. c. 2.

In cruentis excretionibus per inferna, absq; excoriatione, hæmatiten tàm intus, qvàm extus in enemate uſurpat Avicenna l. 3. canon. Fen. 16. tr. 2. c. 6. in Philonio Perſico Meſue, de ægrit. partic. part. 2. ſect. 1. ſumma 2. c. 6.

In ſangvine manante è vulneribus, & ulceribus eſt conſtringens hæmatites;

Eine

ne Blutſtellung. Angel. Bolognin. de curâ
:er.. l. 2. c. 9. F. Wirtz chirurg. part. 4.
4. Euſtach. Rudius de aff. ext. l. 1. c. 14.
Hafenreffer de cutis affectib. l. 3. c. 2. Fallop.
i hunc omnia ſuperare dicit, T. 2. tr. 7. de
iln. partic. c. 10. Paracelſus chirurg. magnæ
1. tr. 2. c. 10. chirurg. minoris ſeu Bertheo-
eæ l. 1. c. 7.

Hæmatites igitur recipitur in trochiſcos de
rrâ Sigillatâ Meſüe; Jac. Dondus remed.
hirurg. c. 3. *in pulverem iſc hæmum* ex fuligine
aminariâ, colophoniâ, colcothare, croco
Martis, apud Libavium, qvi tamen monet,
pro pulvere hæmatitæ Chymicos ſumere cal-
cem aut lævorem extincti ſæpius aceto: Syn-
tagm. arcanor. Chym. T. 1. l. 4. c. 30. *in pul-*
verem illum adſtringentem, qvem ſummoperè
commendant chirurgi, ſivè in membris am-
putatis, ſivè in ſupprimendo qvalicunqve
ſangvinis fluxu, ex bolo Armenâ, calce vivâ,
vitriolo & alumine uſtis, aloë lucidâ, ſangvi-
ne draconis, terrâ Lemniâ, croco Martis,
mumiâ, maſtiche, thure, apud N. Tulpium
obſ. l. 1. c. 49.

Hujusmodi pulveribus ſangvinis pro-
fluvium ſiſtentibus etiam adjungit hæmatiten
Chalmeteus enchir. chir. l. 2. c. 2. L. Merca-
tus Inſtit. chirurg. l. 1. tr. 2. inſtit. 5, Wirſung
part. 5. c. 7. §. 1.

Ore etiam ſumitur in potionibus ad ſangvi-
 nem

nem ſiſtendum, undecunqve fluat, cum corallis rubris, trochiſcis de terrâ ſigillatâ, bolo Armeno, ſaccharo roſaceo vetere, in aqvâ portulacæ & plantaginis. Chalmet. l. c.

Sangvinolenta ulcera ſanat hæmatites:

Præparatio in ſangvinolentis ulceribus. ℞. *Hæmatitis* ʒiij. luti Lephantei, (id eſt argillæ, è qvâ cucurbitulæ fiunt) boli Armeni, ana ℥iij. F. bolus cum Traganto diſſoluto in aceto. Reduc ad qvartũ gradum reverberationis, deinde extrahe alcali.

In vulneribus, in Lupo, in Herpata fluente cruor hæmatites valdè prodeſt, conſtringit venas, ut fluor deſinat. Inſpergitur partibus. Additio in ſangvinolentis ulceribus. R. hujus præparati hæmatites ʒß. (al. ʒj. Dornæus in curis medic. Paracelſi pag. 108. habet ʒj.) Gallorum ℈ß. Seraphini ℈iß. olei de Kervâ (Keyri, de floribus violarum Dornæus habet olei de ferro &. de floribus malorum) q.s. pro incorporatione, fiat unguentũ in ulceribꝰ acutis. Adde in loco olei Keyri liqvoris mumiæ, ut eſt in herpeta, in Eſthiomenis, in cancrenis. Paracels. de præparationibus. l. c.

Aliâs inter alia ingrediens eſt hæmatites Unguenti ſympathetici, ſeu ſtellati vel conſtellati Paracelſi, vel armarii, der Waffen-Salb/ (ſed non omnis; aliqvæ enim deſcriptiones *hæmatiten* non habent)

ad

ſananda vulnera & dolorem dentium; qd deſcribit Crollius Baſil. Chym. pag. . J. D. Mylius ex Crollio, Baſil. Chymic. l. c. 17. pag. 369. & ſeqq. Diomed. Cornarius, l. med. c. 23. J. Kornthauer de peſte pag. 62. ſeqq. J. B. Porta Magiæ natur. l. 8. c. 12. R. oclen. tract. de ung. armario pag. 164. & ſeqq. J. Matthæus, qvæſt. med. 29. pag. 98. ßler. cent. 3. chym. proceſſ. n. 7. J. Phar. umel. in arculâ Spagir. pag. 189. J. Starici im Heldenſchatz / part. 2. pag. 135. & ſeqq. ui ultimus tamen loco hæmatitis ſumit Aëten.

In uſu hujus unguenti hæmatite & ſanalo rubro exploratur etiam, an ſit ſuperviturus vulneratus, nec ne: de qvo itidem præitant autores.

Verum de hoc unguento vide Sennert. Pract. l. 5. part. 4. c. 10. Jac. Primeroſium de vulgi errorib. in medic. l. 4. c. 48. & Jacobum Bürlein/Norimbergenſem, in diſputatione de Hoplochriſmate, ex profeſſo de hâc re agentem; 22. Jun. 1661. Altorffi.

Et *ſuo emplaſtro Oppodeldoch Felix Würtz*; juxta Schröderi pharmacop. medico-chym. l. 2. c. 53. (qvamvis Würtzius non hæmatitem, ſed magnetem præparatum ponat; Chirurg. part. 4. c. 2. *Et ſuo emplaſtro ſtictico Crollius* Baſil. Chymic. pag. 267. *Suo ſtictico Jungius*, in

Jatreio Wirtembergico, part. 5. pag. 431. *Cerato Gratia Dei magiſtrali*, G. Melichius Diſpenſ. diſting. 9. pag. 317. hæmatiten adjungit.

Sangvinem coagulatum diſſolvunt aqvæ thermales hæmatiticæ. Tabermæmont. hydro theſauri l. c. Additur etiam hæmatites pulveribus ſangvinem concretum diſſolventibus, in Jatreio Wirttembergico, part. 5. pag. 429. pulveri ſtictico valdè efficaci, apud Mynſicht. ſect. 5. pag. 117. Vulgus lapide hæmatite ad ſangvinem coagulatum ſivè à caſu contuſione, ſivè aliâ causâ diſſolvendum, in aceto utitur. Pro diverſitate nimirum partium, inſtar abſinthii, roſarum, Rhabarbari, nitri, &c. etiam ſangvinem coagulatū diſſolvit hæmatites. Vide J. R. Camerarii Syllogen memorab. medic. cent. 8. partic. 12.

Ulceribus omnibus convenit hæmatites: Galen. l. 9. ſimplic. Aëtius tetrab 1. ſ. 2. c. 13. Ulcera recentia & antiqva ſanat in cerato Gratia Dei magiſtrali: C. Marinell. in Pharmcopæâ l. 2. comm. 11. pag. 555. G. Melichius in Diſpenſatorio diſtinct. 10. pag. 316. ubi tamen in pondere hæmatitis hi duo variant; prior enim cum Girolamo Caleſtani Parmigiano ſpeciaria parte ſeconda, oſſervationi nelli Ceroti pag. 357. habet ℥iiij. poſterior ℥j. Ulceribus & plagis confert

pul-

vis hæmatitis admiſtus vino Jac. Dondus
ied. chirurg. c. 3. & 4. ex Alberto: Vide
, 103, & 104.

Linimento ad ulcus cancroſum, qvod
onnullis mentagra, vulgò Noli me tange-
: dicitur, ſanandum, additur hæmatites,
eandr. Tabacolog. pag. 140, 141.

Oculorum ulcera ſolus per ſe cicatri-
ıcludit attritus, cæterum aut affuſus aut
ıctus: nam & id experientiâ exploratum
:o: Galen. l. c. Avicenn. l. c. Aëtius l. c.
rroës ſimplic. c. 43. Meſue de ægrit.
or. c. 5. & 6. Rhaſes de Simplic. c. 48. Trin-
ll. enchir. med. l. 3. ſ. 4. c. 6. H. Saxonia
ect. pract. part. 1. c. 20. §. 5. G. Stegh. med.
. Chr. Wirſung in lib. medic. novies uri-
ıeri lotum in aqvam ophthalmicam aſ-
it: part. 1. c. 7. §. 8. cum aliis deſtillat hæ-
ten uſtum G. Bartiſch Augendienſt part.
2. f. 205.

Igitur ineſt compoſitioni. *Eleiſir vel Sief.*
s l. 9. c. 16. juxta M. Gradium; & *Sief. ari-*
yrrhâ inccerti autoris, in Diſpenſ. Colon.
. *collyrii diahæmatites* J. Guint. Andernaci,
t. & nov. medic. comm. 2. dialog. 8. fol.
collyrii diaænu: Andernac. *l. c. collyrii dia-*
ad ulcera mirabilis, recipientis Schiſtū,
ralliani l. 2. c. 6. pag. m. 142. *Sief rubeo*
ıii apud G. Bartiſch, part. 12 c. 6. fol. 229.
fiſtulâ lachrymali confert hæmatites:
rtiſch part. 9. c. f. 11, 172. In

In vulneribus oculorum inſignis etiam eſt hæmatitis uſus. Meſue de ægrit. ocul. c. 5. Fallop. T. 2. de vuln. partic. tr. 7. c. 3. Oculorum vulnera perſanat. Gualt. Revius ſchol. in Dioſchor. l. 5. c. 90. Hinc aſſumitur etiam in medicamenta vulnera oculorum equorum ſanantia. C. Ruin. in Hippiatriâ, edente Uffenbachio part. 2. l. 2. c. 34.

Scabiem oculorum curat hæmatites: Meſue de ægrit. oculor. c. 6. Rhaſes l. 9. ad Manſorem c. 19.

In excoriatione & rubore palpebrarum: G. Bartiſch. part. 9. c. 18. f. 188.

Narium ulcera adſtringit hæmatites: Fallop. T. 2. de vuln. partic. tr. 8. c. 7.

Pulmonum ulcera vel phthiſin perſanat hæmatites. De hoc ita A. Trallianus l. 7. c. 1. Exhibui etiam iis, qvi pus expuere inceperant, ac mirum eſt, qvomodo ulcus exiccarit ſanaveritqve, ut non amplius pus generaretur, neqve æger tuſſi infeſtaretur. Spectavi autem & alium qvendam ex his, qvibus vas exeſum erat, non modò particulas qvasdam ex faucibus; ſed etiam aſperam arteriam expuentem, ac mirum, qvomodo in hoc qvoqvè lapis hic maximam efficaciam indicaverit. Nam & hic curatus eſt, nobis non admodum etiam ſperantibus. Exhibui autem

:em ægro potui medicamentum freqventius, ut commodius diſtribueretur. Qvare cum crebrò ipſum bibiſſet, tandem ſumere ipſum faſtidivit. Excogitavi autem hujusmodi rationem, redactum in tenuiſſimum pulverem panniculo lineo impoſui & diligenter ipſum undiqvaqve conſtrictum colligatumqve in poculo, qvod vinum odoratum modicum haberet, ſuſpendere permiſi, idqve per totam noctem jam inde ab ipſo veſpere: extraxi autem tenuem aëreamqve ejus partem, ut æger ſolam vini qvalitatem perciperet. Ex hoc bibere qvantum manè libenter habebat, ei præcepi, atqve hoc ſanè agendo bibendoqve continuè, ſanitatem recepit. Hoc autem morbo liberatus, idem præſervationis causâ facere pergebat, bibebatqve donec etiam corpore probè permutato, conſveta agendo, viribus ſe conſtare ſentiret. Hæc de lapide hæmatite à me viſa & uſu comprobata conſcripſi. Hactenus Trallianus. Præter hunc inter ſiccantia & conſolidantia ulcus pulmonis *hæmatiten* etiam recenſet Meſue de ægrit. partic. parte 2. ſect. 1. ſumma 2. & de ægrit. pectoris & pulmon. c. 6. & 12. Dominio. Leonus pract. l. 2. ſect. 2. c. 11. Maſſaria pract. l. 2. c. 7. G. Steeg. med. pract. l. 13. c. 31.

Hinc confectioni aliisqve contra ulcus pulmonum medicamentorum formulis eum ad-

admiſcet Conſtantin. African. libro aureo c. 18. Mercatus T. 3. de int. aff. cur. l. 2. c. 9. J. Fontanus Pract. l. 2. c. 5. H. Mercurial. T. 1. conſ. 34. P. Vaſc. Caſtellus de affect. thorac. tr. 8. c. 7. pag. 779. 780. Euſt. Rudius art. med. l. 1. c. 51. Mynſicht ſect. 13. pag. 235. 236.

Ob eandemqve cauſam additur *trochiſchis de terrâ ſigillatâ* (& hi aqvæ ad phtihiſin & ulcera pulmonum. Qvercetani, pharmacop. dogm. reſtit. l. 1. c. 7. pag. 78.) & *Philonio Perſico* Meſue ll. cc. *trochiſcis Serapionis ad ſputum ſangvinis & phthiſin*, pract. tr. 2. c. 27.

Vulnera thoracis penetrantia conſolidat hæmatites: Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 14.

Ventriculi ulcera: G. Steegh med. pract. l. 13. c. 33.

Vulneri epatis inter cætera hæmatiten inſpergit M. Glandorp. ſpec. chir. c. 37. obſ. 34. interius exhibet trochiſcos de terrâ ſigillatâ Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 21. recipientes hæmatiten.

Ulceri inteſtinorum vel dyſenteriæ convenit hæmatites ejusqve magiſterium: I. Platear. pract. de ægrit. in teſtin. c. 3. Guainer. c. c. 3. Holler. l. 1. de morb. int. l. 1. c. 43. Mercatus T. 3. de intern. morbor. cur. l. 3. c. 12. Trincavell. enchir. med. l. 5. ſ. 3. c. 7. P. Simlerus tr. de Dyſenteri â D. 2. B. à Boodt l. 2. c. 207.

Min-

Mindereri medic. militar. c. 7. pag. 242. G. Steegh. med. pract. l. 8. c. 39. Hinc ingreditur compoſitionem *ſpecierum dia Martis Mynſicbti*, ſect. 5. pag. 103. *ſpecierum diaplantaginis ejusdem*, pag. 122. & *pulveris ſtyptici J. Neſteri* conſil. antidyſenterico c. 11. pag. 215. & *pulveris dyſenterici*, *J. Phar. Rhumelii*, Baſil. Chym. p. 155. & *pulveris dyſenterici Crollii*, Baſil. Chym. p. 251. (qvem paululum immutatum habet Grülingius Florileg. Chym. c. 22. pag. 435.) & *pulveris Plateri* Prax. T. 3. l. 2. c. 11. pag. m. 741. & *pulveris Cl. Deodati* in Panth. hyg. l. 3. c. 24. & *pulveris ſtegnotici D. Caſp. Guttmanni in* Pharmacop. Auguſtanâ Zwelferianâ fol. 163. & *pulverum fluxionem cohibentium*, cũ aqvâ decoctionis lyſimachiæ, vel ſucco cydoniorum aqvâ plantaginis excepto: Fr. Valleriol. l. 3. obſ. 4. *& pulveris dyſenterici experientiâ probati*. J. V. Finckii enchir. med. c. 21. qvem *pulverem dyſentericum de thure* nuncupat Lamoniere de fluxu dyſenterico, c. 4. pag. 143. ubi pag. 144. addit: Hîc venit notandum, ſuccos acaciæ, hypociſtidos, & pulveres vegetabilium præferendos eſſe minerabilibus; qvoniam hæc, ut alcohol etiam pulveixta, ulcus magis exaſperant, & non adeò penitius ſubeunt. Vide Rondelet. Pract. l. 3. c. 20. & de medicamentis internis pag. 890. 891. *in extractum dyſentericum* in pulveris formâ, Grülingii, Florileg. Chym. c. 22. pag. 437.

In

In pilulas antidyſentericas etiam aſſumitur; apud Sennert, Pract. l. 3. part. 2. ſ. 2. c. 7. pag. 368. *introchiſcos* apud eundem; l. c. pag. 369. *in Athanaſiam magnam* Nicolai; in Pharmacop. Auguſtanâ, claſſ. 14. Platear. pract. de ægrit. inteſtin. c. 3. *in Electuarium dyſentericum* Mynſichti; in armam. medico-chym. ſect. 13. pag. 235. A. Villanov. breviar. pract. l. 2. c. 37. *in ſyrupum*; Villanovan. l. c. *in morſulos*; L. Helandus tract. de Peſte, L. ij. Qvercetan. eum, ut & trochiſcos de terrâ ſigillatâ, in qvibus itidem *hæmatites*, etiam aſſumit in *aqvam dyſentericam*, Pharmacop. dogm. reſtit. c. 7. pag. 95. 96. qvod etiam facit T. Dorncreil. Diſpenſatorii pag. 32. Sed hoc non injuriâ repræhenditur.

Dyſentericis hæmatitis lapidis ſuccus rubeus attritione cum aqvâ roſarum vel plantaginis elicitus, & ℥ij circiter pondere cæteris *clyſteribus additus*, glutinans & ſangvinis fluorem compeſcens. Plater. Prax. T. 3. l. c. 11. pag. m. 734. Unciæ ſemis pondere in clyſteres additur, admixtis albuminis ovi, aceti ſingulorum unc. j. olei roſarum unc ij. *J.* D. Mylius l. c. pag. 366. deçoqvitur cum aliis enema ingredientibus: J. Nævius de Peſte, part. 3. Trochiſci de terrâ Lemnia aſſumuntur in injectiones: *J.* Sylvius meth. cur. pag. 177. Immiſcet etiam clyſteribus hæmatiten A. Villanov.

lanov. brev. pract. l. 2. c. 37. Guainer. l. c. c. 4. Dom. Leon. pract. T. 4. ſ. 3. c. 5. D. Fontanon. pract. l. 3. c. 11. Trincavell. l. c. Rondelet. meth. cur. morb. c. 20. capite altero. Foreſt. l. 22. obſ. 36. ubi tamen cum Rondeletio monet, pulveres iſtos eſſe ſubtiliſſimè terrendos, alioqvin multum nocere ulcus pungendo.

Emplaſtrum Fr. Valleriolæ l. 3. obſ. 4. C. H. Ayreri de dyſent. c. 10. pag 38. J. Wittichii in Jatreio, pag. 249. R. Solenandri ſect. 4. conſ. 9. apud Sennert. l. c. pag. 374. ut & alia emplaſtra contra dyſenteriam apud eundem, pag. 373. 375. etiam hunc hæmatiten recipiunt.

Paracelſi loco ſupra citato *præparatio in dyſenteriâ laxa*: ℞. hæmatitis, corallorum rubeorum, ſpodii ana ʒß. Tanaceti ad pondus omnium, fiant trochiſci de viſco botin, (terebinthinæ certo ſuo tempore collectæ, qvum plus virium à cœleſtibus hauſiſſe putatur. Dornæus in Dictonario Paracels. pag. 24. Gummi Albotin, id eſt, terebinthina: Platear. in expoſit. Antidotarii parvi Nicolai, fol. m. 223. Serapio Simplic. c. 159. Luminare majus, fol. m. 16.) doſis. ʒß. Additio in dyſenteriâ. Tribuatur hæmatitis præparati in vino rubeo. In eo extinguatur ferrum aut cum Tyriacâ tribuatur. Vel cum Entali

I præp.

præp. miſcetur hæmatites correctus. Domæus in cur med. Paracelſi, pag. 96. 97.

Inteſtinorum vulnera curat hæmatites in trochiſcis de terrâ ſigillatâ: Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. part. c. 19.

Renum ulcera ſanat hæmatites. Ideò Sehedenegi vel hæmatites ineſt compoſitioni *Trochiſcorum Alkekengi*, deſcriptione aliâ, apud Avicennam, Canon l. 5. ſumma 1. tr. 8. & *Trochiſcorum de veſicariâ Serapionis*, apud A. M. Braſav. in exam. trochiſc. pag. 108. 109. & *ſpecierum diaplantaginis* Mynſichti, ſect. 5. p. 122.

Renum vulnera, in trochiſcis de terrâ ſigillatâ; Fallop. T. 2. tr. 7. de vuln. partic. c. 22.

In ureterum exulceratione, à tribus Medicis Viennenſibus præſcribuntur *trochiſci de terrâ Lemniâ*: Diomed. Cornarius conſil. medic. 11.

Veſicæ ulcera ſiccat, in *Trochiſcis Alkekengi* jam memoratis, & Avicennæ & Sarapionis; in *ſpeciebus diaplantaginis* jam dictis; in electuario dyſenterico Mynſichti ſect. 13. pag. 236.

Injicitur etiam hæmatites cum liquoribus in veſicam: Serapio pract. tract. 4. c. 14.

Uteri ulcera conſolidat, cum ſucco plantaginis vel vino auſtero nigro ſubditus & in-

injectus: Dom. Leonus pract. l. 6. ſ. 3. c. 8. cū decocto rohis, myrtillorium, plantaginis, &c. H. Saxon. pract. l. 4. c. 19.

Salis compoſitio, cujus uſus ſit in omnibus periculis laborantis *tentigine matricis: tentigine obſcurâ & pravâ,* hoc eſt, *Noli me tangere, in matrice.* R. Salis cōmunis lib. dimid. Thuris, Mumiæ, Hæmatitis ana ℥ij. Fiat mixtura cum ſale, qvo condiatur omne qvod ederit. Paracelſ. in Bertheoneâ de Apoſtematib. c. 56.

Ulceribus penis & glandis ejus præputiiq; humidioribus lapis hæmatites idoneus eſt: Galen. 5. meth. med. ult. Conſtantinus African. l. 6. c. 5.

Ulceri virgæ vel cariei Gallicæ conducit: Fallop. de morbo Gallico c. 82. Mynſicht l. c.

Ulcera crurum ſcorbutica, Chironia, cruſtoſa gangrænoſa emundat lapidis hæmatitis oleum: M. Martini de ſcorbuto §. 292. pag. 283.

Naturalium aniq; ulceribus humidioribus utilis eſt hæmatites. P. Æginet. l. 3. c. 59.

Vulnera purgat: Celſus l. 5. c. 5.

Vulnera incarnat & conſolidat: Jac.

 Don-

Dondus remed. chirurg. c. 4. ex Serapione & Galeno; Fallop. T. 2. tr. 6. de vuln. in gen. c. 19.

Vulnera inteſtinorum & partium obſcænarum curare aqvas thermales hæmatiticas, ſcribit Tabernæmont. Hydrothes. l. c.

Ad rhagades, vel rimas ſedis & condylomata inflammata adhibetur hæmatites: Aëtius tetr. 4. ſ. 2. c. 3. Fallop. T. 2. tr. 8. de ulcer. part. c. 12.

Linimento in curâ palliativâ *polypi cancroſi* hæmatiten addit M. Glandorp. de Polypo c. 17. pag. 50.

Et hæ ſunt vires hæmatitis in profluviis ſangvinis ſtiſtendis, & ulceribus vulneribusq; ſanantis: ſeqvuntur jam ad alios affectus aliæ virtutes.

Tritus cum melle vel collyriis inditus *opthalmiis morbisq́; oculorum omnibus* impoſitus medetur. R. Volaterram. comm. l. 27. pag. 650. Trincavell. enchir. med. l. 3. ſ. 4. c. 11. in pulveribus ponitur oculorum: Rhaſis de Simplicib. c. 48.

Schiſtus etiam ocularibus miſcetur facultatibus: Galen. 9. Simplic. c. de Schiſto, & de compoſ. med. ſec. loc. l. 4. c. 7. ſed fortiorem facultatem hæmatite habet, ibid. c. 4.

Palpebrarum aſpretudini & ſcabriciei, qvâ Græci vocant τϱάλωμα cotibus at-

triti hæmatitis ſuccus prodeſt illitus, ſi labo-rant inflammatione, cum ovi candido, vel potius fœnogræci decocto: Sin minus cum aqvâ: Galen. 9. Simplic. & l. de oculis, partic. 5. c. 5. Avicenna l. c. Aëtus tetrab. 1. ſ. 2. c. 13. & tetrab. 2. ſ. 3. c. 77. 109. 110. P. Ægin. l. c. Actuar. meth. med. l. 6. c. 5. Averroës Simpl. c. 43. (ubi *groſſitudine palpebrarum* conferre dicit) G. Bartiſch, Augendienſt / part. 9. c. 8. f. 161.

Scribonius Largus cap. 3. comp. 26. habet *collyrium Athenippum, diaſmyrnes vel* ἐνῶδες Pompholygis lotæ.* P. viij. æris uſti * P. viij. croci * P. iiij. myrrhæ * P. iij. nardi * P. ſexſemis & victoriati, lapidis hæmatitis * Pon. duum & victoriati, piperis albi grana decem, opii * P. I. aut victoriati commis (gummi Arabici vel acanthini) * P. x. teritur vino Chio.

Ingreditur etiam alia collyria ad ſcabras palbres accomodata, apud Galenũ de comp. med. ſec. loc. l. 4. c. 6. & 7. & *collyria diaſmyrna* apud Galen. l. c. 7. c. Aëtium tetr. 2. ſ. 3. c. 109. I. G. Andernacum de med. vet. & nov. comm. 2. dial. 8. f. 686. & collyria ad aſpritudines & exterſoria apud Aëtium l. c. c. 110. *collyrium trachomaticum* A. Tralliani recipit hæmatiten & ſchiſtum l. 2. c. 6. pag. m. 148. *collyrium, ut poſſis etiam ſolem citra noxam intueri*, habet hæmatiten: Idem ibid. pag. 145.

De coniis verò vel coaticularibus me-

dicamentis, vide J. Mojbanum in l. 1. parabil. Dioſcoridis c. 41. pag. 86.

Hæmatites ijnicitur in oculares compoſitiones, habens vim reſiccandi humores, veluti & cadmia. Galen. l. 4. de comp. med. ſec. loc. c. 4. ut *collyrium αἱματίτινον Synerotis*, & *collyrium aromaticum crocenum ex hæmatite Heraclidæ* apud Galen. l. 4. de comp. med. ſec. loc. c. 7. Marinell. l. 2. comm. 9. Pharmacop. pag. 439.

Oculis cruore ſuffuſis, aut cruentæ ſuffuſioni, vel ſugillatione, & lacbrymantibus, vel epiphore, mirè convenit, cum lacte muliebri inſtillatus. Galen. de comp. med. ſec. loc. l. 4. c. 7. Aëtius tetrab. 2. ſ. 3. c. 20. Meſue de ægrit. ocul. c. 10. C. Plinius Secundus de re medicâ l. 1. c. 14. Rondelet. meth. cur. morb. l. 1. c. 61. G. Bartiſch Augendienſt part. 7. c. 2. f. 97. & part. 11. c. 9. f. 214. B. à Boodt l. 2. c. 207. ex Plinii hiſt. nat l. 36. c. 20. Hartmann. pract. chymiatr. pag. 58. Sennert. pract. l. 1. part. 3. ſ. 2. c. 46. Heurnius ex lapide hæmatite decies loto in aqvâ frigidâ, aliisqvè, cum adipe recenti porcino facit collyrium: de morb. oculor. c. 2. pag. 17.

Schiſti etiam uſus eſt in epiphorâ: Galen. l. c. A. Trallian. l. 2. c. 6. pag. m. 143.

Cerato *contra ægylopas* hæmatiten adjungit Amat. Luſit. cent. 5. cur. 68. collyrio ex myrrhâ. Aëtius l. c. Andernacus l. c.

In

In rhœade vel carnis lacbrymalis abſumptione prodeſt in collyrio ex myrrhâ: Aëtius tetrab. 2. ſerm. 3. c. 109.

Ad viſum acuendum, cicatricem & callos exterendos, collyrium habet ex lapide hæmatite Aëtius tetrab. 2. ſ. 3. c. 110. Galen. l. c. Ricellario Italico parte ſeconda pag. 135. Heurnius l. c. c. 3. pag. 25.

Singulare eſt unguentum *viſui conſervando*, ex pinguedine porcinâ, tutiâ, lapide hæmatite eloto, &c. maximè idoneum. A. Laurentii de viſus nobilit. c. 14. pag. 164.

Contra pannum vel tuniculam annatæ, aut Sebel Arabum, Waſſerfell / etiam uſurpatur: Meſue de ægrit. oculor. c. 7. Rhaſis ad Almanſorem l. 9. c. 19. G. Bartiſch. Augendienſt part. 8. c. 4. f. 139. 140. & c. 5. f. 141. 142. Sennert. Pract. l. c. c. 15.

Leucomata ſeu albugines exterit atque extenuat lapis Schiſtus in *collyrio diathece*, A. Trallian. l. c. lapis ſciſſus (Schiſtus) & hæmatites in *collyrio exterſorio albuginum*: *Aëtius* tetr. 2. ſerm. 3. c. 110.

Ad chemoſes, ſtaphylomata, uſurpatur hæmatites: Aëtius tetr. 2. ſ. 3. c. 109.

Ad ſuffuſiones: Aëtius tetr. 2. ſ. 3. c. 110.

In gramis ſeu lemate, & ex lapide ſciſſo & ex hæmatite collyria habet Aëtius tetrab. 2. ſ. 3. c. 42.

In fungo vel carne ſuperexcreſcente oculorum: G. Bartiſch part. 11. c. 10. fol. 215.

Oculos procidentes ingenitâ vi continet cohibetqve. Fr. Rueus de gemm. l. 2. c. 25. in *collyrio diahæmatites* Andernac. l. c.

In procidentiæ uveæ myocephalo, collyrium diathece in qvo Schiſtus, A. Trallian. l. 2. c. 6. pag. m. 142. & *collyrium diarhodon:* pag. m. 159. lapis ſciſſus & hæmatites: Aëtius tetr. 2. ſ. 3. c. 110.

In palpebræ inferioris inverſione, ἐκτροπίῳ plaurana zerraug / überſtölpte Augenlieder / admiſcetur pulveribus palpebræ inſpergendis G. Bartiſch part. 9. c. 15. fol. 183. Sennert. pract. l. 1. part. 3. ſ. 2. c. 6.

Singularis hâc in parte eſt J. Schallingius, dum ſcribit: Tantò ad oculorum topica remedia ineptiores hæmatitæ, qvantò magis exuſſit ipſis oleum ſubterranea fornax: Oculiſticæ l. 3. ſ. 2. c. 11.

Adverſus pediculos palpebrarum lapide ſciſſo cum aliis mixto, utitur Aëtius tetrab. 2. ſ. 3. c. 65.

Procidentiæ ani opitulatur hæmatites, in unguento impoſitus: J. Agricola de Dyſenteriâ c. 9.

In veſicæ vitiis efficax hæmatites: Plinius hiſt. nat. l. 36. c. 20.

In

In urinæ difficultate cum vino: Avicenna l. 2. tr. 2. c. 240. Dioſcor. l. 5. c. 101 Platear. de ſimpl. med. lit. E. c. 11.

In ſtranguriâ, etiam per clyſtere injectus: Plateariusl. c.

In urinæ incontinentiâ: Hinc Mynſichtus hæmatiten locum habere voluit in *ſpeciebus diaplantaginis*, qvæ mulierculis urinæ incontinentiâ poſt partum correptis, miraculosè auxiliantur: Theſ. & armam. chymico-med. ſect. 5. pag. 121. 122. crocum hæmatitis in *ſpeciebus diamartis*; idem pag. 102. 103.

In diabete, â retentrice veſicæ imbecillâ, hæmatites in *trochiſcis de terrâ ſigillatâ* conducit: J. Sylvius meth. cur. pag. 197. Pulveri contra affectum hunc addit J. Fontanus pract. l. 3. c. 34.

Paracelſus T. 3. l. 2. de Tartaro tr. 3. c. 3. De lacte renum, pag. 225. cura coaguli: R. hæmatitis ʒvij. boli Armeni præparati. ℥iiij. Dragacanthi ℥ij. Seminis plantaginis, lactucæ ana ʒv. F. pulvis. Doſis à ʒij usqve ad ʒiiij. mane & ſerò ſecundum morbum. Hæc urinam retinet in renibus.

Eodem loco pag. 225. & 228. habet ſeqvens: Ad præcavendas phthiſin, hecticam, diabeticam, cura: R. agarici puri & mundi ʒj. & ℈j. ſemin. papav. ʒiij. Hæmatitis ʒß. (in

commentario eſt ℥ß.) magnetis, calaminaris, ana ʒij (in commentario ſunt ℈ij.) Miſceantur cum ſucco de limonibus vel arantiis in modum electuarii. Doſis eſt à ℈iiij usqve ad ʒij. manè & ſerò.

In calculo hæmatitis eſt uſus. Guainer. de calculoſâ paſſione c. 8. H. Petræus Noſolog. harmonicâ T. 2. diſſert. 40. theſ. 52. Fertur lapidem ex veſicâ ſolvere: Camill. Leonard. ſpec. lapid. l. 7. c. 7. pag. 99. Paracelſus T. 3. de Tartaro, l. 2. tr. 3. pag. 232. & 233. Saxifragium lapilli ex bolo habet: R. corallor. albor. ℥j. magnetis ʒß. Hæmatitis ad pondus omnium. Fiat pulvis. Doſis ℈j. in vino bono albo. Obſervandum in hâc medicinâ, ſi qvis in calculo laborat, tunc pulverem pone in mediam menſuram ad ſex dies, & da bibendum, & move, qvoties das ad bibendum. Et obſervandum hoc, qvando das ab bibendum, tunc urina omnis profuſa aſſervetur. Et ſi in fundo eſt pulvis, medicina illum lapidem deprimit, idqve benè. Si nihil invenis, medicina nihil effecit. Et color obſervandus eſt. Si albus eſt pulvis, tunc ex veſicâ, & benè.

In fluore muliebri ſeu menſtruo mulierum albo, evacuato prius corpore. J. G. Schenck. Pandect. pag. 440.

Paracelſi præparatio in profluviis non ma-

maturis eſt iſta. R. Hæmatitis ℥j. olei nucis muſcatæ, olei de granis. Actis, petrolei ana ʒiij. Reduc in compoſitum. Doſis ℈j. Debet. cum aqvâ roſarum decoctâ cum radicibus plantaginis adminiſtrari, ſivè cum aqvâ plantaginis. Hæmatites profluvium ſine torſurâ ſiſtit. Si autem torſiones adſint, eſt generatio lapidis. Additio in profluviis non maturis. R. hujus hæmatitis ℥j. & Traginam Kiſt, aqvæ marrubii, ſucci meliſſæ, ana ℥j. Fiat mixtura, doſis ab ℥ß. ad ℥iß. De præp. l. 1. tr. 2. Kiſt eſt collæ genus ad ciſternas & lapides conglutinandos, latomis non incognitum. G. Dornæus Dictionar. Paracelſi pag. 58. J. D. Mylius Baſil. Chym. l. c. pag. 375. Pulverem contra album fluxum fœminarum certiſſimum habet, qvi inter alia etiam hæmatiten recipit.

Platerus etiam aqvæ pro balneo inceqvit hæmatiten: Prax T. 3. l. 2. c. 7. pag. m. 618. Dom. Leon. decocto per metrenchytam in uterum inijciendo eundem addit, pract. l. 6. ſ. 3. c. 9.

In Gonorrhea: Avicenn. l. 2. tr. 2. c. 240. Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 4. pag. m. 551. H. Mercurial. de morb. mul. l. 4. c. 5. Leonell. Faventin. de med. morb. p. 2. c. 73. Trincavell. enchir. med. l. 5. ſ. 5. c. 31. Foreſtus electu-

electuario l. 26. obſ. 12. & 13. Franc. de Pedemont. pulveri, ſupplemento ad Meſuen c. 11. Mynſichtus ſpeciebus diamartis crocum hæmatitis, ſect. 5. pag. 103. addit.

Unguento etiam immiſcet, & geſtatum à proprietate juvare, ſcribit Dom. Leonus pract. l. 6. ſ. 3. c. 5. Linimento ad inungendam regionem renum calidiorum & genitaliorum, in goriorrhœâ addit A. Botton. de morb. mulier. c. 68. Leonell. Faventin. l. c.

In diarrhœâ: hæmatites in potione: Sennert. Pract. l. 3. p. 2. ſ. 2. c. 6. pag. m. 319. Trochiſci de terrâ ſigillatâ; Athanaſia magna Nicolai vel rubea; Philonium Perſicum, recipientia hæmatiten: Platear. pract. de ægrit. inteſtin. c. 5. de diaria. Sennert. l. c. pag. m. 317. 319. 320. Electuarium D. Fontanoni pract. l. 3. c. 8. Paſchal. meth. cur. l. 1. c. 36. qvod inter alia etiam hæmatites ingreditur. Eſſentia hæmatitis; M. Panſa conſil. antipeſtif. c. 14. pag. 27. etiam in peſte: A. Kirchov. diſp. inaug. de peſte, th. 194.

Paracelſi præparatio in diarrhœâ. ℞. aluminis glaciei, hæmatitis, croci Martis ana. Fiant trochiſci cum gummi Arabico diſſoluto in aqvâ plantaginis. Doſis à ℈j. usqve ad ℈iſs. Aqva plantaginis à radicibus & herbis extrahatur. Additio in diarrhœâ. ℞. hujus hæmatitis

tis ℥iij. perlarum ℈ſs. muniæ liqvefactæ ad pondus omnium. Fiat mixtura. Doſis à ℥j. usqve ad iij. vel iiij. T. 6. de præparationib. l. 1. tr. 2. pag. 177.

Externè aſſumitur in unguenta: D. Fontanon. pract. l. c.

In lienteriâ ab exulceratione inteſtinorum; trochiſci de terrâ ſigillatâ & Athanaſia magna Nicolai; in qvibus eſt hæmatites.

In cæliacâ: in Athanaſiâ magnâ Nicolai, in Pharmacop. Auguſt. cl. 14. in ſpeciebus diamartis crocus hæmatitis, Mynſicht. ſect. 5. pag. 103. in ſpeciebus diaplantaginis ejusdem, pag. 122.

In fluxu poſt purgationem violentam aliis admiſcet hæmatiten Leonell. Faventin. de medend. morb. part. l. 2. c. 60.

Contra vermes tale habet Paracelſus paragraphor. l. 2. de morbis vermium, paragrapho 6. R. olei vitrioli cuperoſi ℥ß. (Petræus Noſolog. harmon. T. 2. diſſert. 31. th. 44. habet ʒß.) hæmatitis ʒß. magnetis gr. vij. F. Mixtura. Doſis à gr. iiij. ad vij.

In rupturis & herniis. Dioſcor. l. 5. c. 102. Hinc aſſumitur in glutinatorium P. Æginetæ l. 3. c. 53. in emplaſtrum de pelle arietinâ Arnoldi de villâ novâ, Breviar. pract. l. 2. c. 30. (qvod etiam, paulò tamen aliter deſcribit Nicolus in Auxiliis chirurgicis H. Montui

pag.

pag. 43. Sebaſt, Auſtrius, de morb. pueror. morbo 46. pag. m.282.) in cerotum pro crepatis Gentilis de Fuligno apud Girolan. Caleſt. Parmig. ſpeciar. p. 2, pag.363. in emplaſtrum ad rupturas,apud Malach.Geiger,Kelegraph. c. 7.pag.75.emplaſtrum ad qvamvis herniam, exceptâ hydrocele, apud *J*. Schröder. pharmacop. medico-chymic. 3. edit, l. 2. c.53. emplaſtrum contra rupturam & oſſa fracta P. I. Fabri myrothec. Spagyr. l. 8. c. 9. ubi magiſterium hæmatitis ſumit; & emplaſtrum vulnerarium ejusdem Fabri l. c. c. 12. ceratum mirum contra rupturam Amati Luſit. cent. 5. cur. 62. ceratum pro herniofis in Diſpenſatorio Norinbergenſium fol. 209. Auguſtanorum, fol. 291. Unguentum expertum ad rupturam ſeu herniam inteſtinalem Chr. de Honeſtis annotat. in Meſue Antidotar. diſt. 11. fol. m. 109. A. Villanovanus l. jam c. locum, in qvo fit crepatura, ex melle inungit, huic pulverem lapidis hæmatitis, boli & maſtiches aſpergit, & emplaſtrum ſuperponit.

Cum fructu variis modis etiam intrò ſumitur hæmatites. Plater. prax. T. 3. l. 2. c. 2. pag. m. 513. 514. Qvercetani pulvis ad omnes herniæ ſpecies, intrà corpus ſumendus recipit magiſterium lapidis hæmatitis: Pharmacop. dogmat. reſtit. c. 20. p. m. 388. A. Villanov. pul-

veri

veri cibariis laſpergendo hæmatiten addit; & electuario omni ſero ſumendo admiſcet, l. c. Fernelius pulveri, conſil 64.

Emplaſtro *contra herniam carnoſam* à tribus Medicis etiam additur apud Foreſtum l. 27. obſ. 24.

Aqvæ participantes de hæmatite etiam hernias curant. Thurneyſſer. Piſon. l. 6. c. 65.

In procidentiâ uteri; in Philonio Perſico; Pharmacop. Auguſtana claſſ 14.

In præcavendo abortu uſurpatur *in Philonio Perſico* Meſue, de ægritud. partic. part. 2. ſect. 1. ſumma 2. c. 6. Pharmacop. Auguſtan. claſſ. 4. V. Cordus in Diſpenſatorio pag. m. 66. *in trochiſcis de terrâ ſigillatâ:* J. C. Claudin. conſ. 34. Vel *immiſcetur linimentis, emplaſtris vel ceratis*: B. Montagnana conſ. 208. c. 3. conſ. 209. 211 223. H. Mercurial. T. 1. conſ. 101. J. Zecchius conſult. 94.

Podagricis exhibetur pollen hæmatis cum aqvâ diaphoreticâ maximo cum fructu: J. Schröder. pharmacop. medicochym. 3. edit. l. 3. c. 8. ex communicatione D. Langeloth.

Diaphoreticum inſigne eſt Hæmatites ſublimatus.

Ex aqvâ epotus hæmatites *ad omnia venena prophylacticum* fuerit R. Volaterran. comment. l. 27.

Ex vino *ad ſerpentum ictus* propinatur. B. à Boodt l. c. ex Plinii l. c. Ol. Worm Muſæi l. 1. ſect. 2. c. 9.

Vulgus in qvibusdam locis hæmatite in tenuiſſimum pulverem trito, tanqvam panacæâ, *in omnibus ferè morbis*, cum aceto utitur. Sicuti etiam Scotus qvidam Hamburgi eô, cū oleo fœniculi lævigato, mira præſtitit. Joach. Poleman Nov. lum. med. c. 10. pag. 107. 108. 109.

In pulverem tritus *carnes reprimit excreſcentes & ſuperfluas*. Galen. Simplic. l. c. Avicenn. l. c. Aëtius tetrab. 1. ſ. 2. c. 13. Jac. Dondus remed. chirurg. c. 4. ex Avicenn. Haly, Lapidario, Serapione. Carnem ſuperfluā manducat: Galen. de oculis part. 5. c. 5. excreſcentia reprimit: Gualt. Rivius in Dioſcor.

Cicatricem inducit: R. Goclen. in Phyſicâ Brun. Seidelii l. 2. c. 1. Tanqvam adſtringens *additur etiam eſcharoticis* & cauſticis. Vide C. Bartholin. ſyntagm. de cauteriis c. 22. in pulvere corroſivo 6. & c. 20. unguento cauſtico 7. & 8. & c 21. in paſtâ ex ſublimato mercurio cū unguento populneo adverſus dolorem, & lapide hæmatite ad inflammationem arcendam.

In qvem finem Elixir phlegmagogo magiſterium hæmatitis admiſcat J. Neander Tabacologiæ pag. 75. me ignorare fateor.

Cur

Cur etiam injiciatur in electuarium purgans de polypodio ad melancholiam in luminari majore ſect. 1. t. 201. fol. 40. divinare non poſſum. Hæmatitæ lapidis & viridis myricæ *ſuffitu ſugantur mures*. I. B. Porta Villæ l. 10. c. 8.

CAP. VI.

De viribus hæmatitis fabuloſis, & ejus uſu mechanico.

Lubet jam etiam adſcribere virtutes, qvæ hæmatiti aſſignantur, ridiculas, phantaſticas, fabuloſas.

Digito geſtatus *victoriam contra lites omnes, ac gratiam conciliare* dicitur: R. Volaterran. l. c. I. D. Mylius l. c.

Ferventi aqvæ impoſitus eam refrigerat: I. D. Mylius l. c. Gemma eſt adeò frigida & ſicca, ut vel in ferventiſſimam aqvam projecta, eam refrigeret. Gu. Ad. Scribonius Phyſic. l. 2. pag. 80. tàm verum autem, hoc eſt, ac illud de aëtite c. 6. *geſtantem à ſolis vehementiore fervore non lædi* dicunt: I. D. Mylius l. c. G. A. Scribon. Phyſic. l. c.

Fruges à cicadis & grandine cuſtodire creditur. I. D. Mylius l. c.

Eqvi ſpumantis & fervidi, ſuper qvem vir niger

ger ſedeat,cum ſceptro in manu,figura ſculpta in hæmatite, *regnandi poteſtatem præbet* & *amiſſam gratiam reſtaurat*, debetqve in æqvali pondere auri & argenti ligari.

Viri ſtantis ſupra draconem, qvi in manu teneat gladium, figuram, ſi in hæmatite ſculptam invenies, pone in annulo plumbeo vel ferreo,& *obedient ei omnes ſpiritus ſubterranei, & revelabunt ei omnes theſauros* levi carmine, nec non extrahendi modū ipſi oſtendent. Ex imaginibus ſeu ſigillis Chaëlis R.Goclerius tract. de ungv. armario, pag. 82. & 48.

Legi eqvidem magos Perſarum regi conſuluiſſe, ut imaginem hominis ſerpente cincti manu dextrâ caput ſerpentis tenentis,ſiniſtrâ caudam, lapidi imprimeret Hæmatiti, qvem aureo clauderet annulo, ita tamen ut inter lapillum atqve aurum ſerpentariæ radicem inſereret. Hoc enim annulo geſtantem *contra venenum morbosq; venenoſos tutum fore*, videlicet ſi lunâ ſerpentarium aſpiciente feceris. Hanc imaginem Petrus Aponenſis confirmavit. Ego verò ſi annulus ille hanc vim habet, arbitror non tàm per figuram, qvam per materias ejuſmodi, & hoc pacto temporeq; compoſitas ſibi cælitus vendicare. Marſi. Ficinus de vitâ coelitus comparandâ, l. 3. c. 15.

Et

Et (qvem locum citat Henric. à Bra in catal. med. contra peſtem pag. l. 206. M. Panſa conſil. antipeſtif. III. qvæſt. 19. pag. 70.) in Epidemiar. antidoto. c. 6. pag. m. 276. 277. Conſuluere Magi Perſarum regi pro ſui *defenſione ab omni veneno morboq; venefico* ſculpi faceret in lapide hæmatite hominem flexis genibus ſtantem, cinctum ſerpente, dextrâ ejus caput, lævâ caudam ſerpentis tenentem, & imprimi ligariqve faceret hunc lapidem in annulo aureo: verùm lapidi in loco capſulæ ſupponi barbam ſerpentariæ, (Panſa habet ſerpentariæ herbæ folium) qvem qvidem annulum geſtaret in digito. Prædictus Panſa l. c. hæmatiti præfert hyacinthum, & addit: poſſet ſanè absqve ulla ſuperſtitioni & impietatis ullo crimine geſtari præſertim ſi accederet uſus reliqvorum medicamentorum.

Inſcribitur & anguifer in hæmatite: legi enim Magos Perſarum Regi ſuo conſuluiſſe, ut hunc lapidem ferret, & *contra venenum putant*, ut Haly ſcribit. J. J. Wecker, de Secretis l. II. c. I. pag. 566. ex l. B. Porta: I. B. Birellus Adchymiæ novæ ed. Uffenbachio l. 8. c. 41.

Mizaldus memorabil. cent. 3 §. 6. ex Hollerio hæc habet: In lapide hæmatite ſculptus homo genibus flexis, qvi ſerpente cinctus, dextra manu caput illius, lævâ verò caudã teneat, ſi

annulo aureo applicetur,& ſerpentariæ herbæ folium ei ſubjiciatur, *geſtantem ab omni veneno & peſte tutum reddit.* Sed Hollerius ſuperſtitioſum eſſe dicit, de morbor. intern. remed. l. 3. de peſte, pag. m. 49.

Huc forſan non injuriâ refero *cementa tranſmutatoria* & *gradationes*, qvæ hæmatiten recipiunt, apud Paracelſum T. 6. l. 9. de cementis, pag. 302. 303. & in appendice ad libros chirurgicos, manuali 1. fol. 4. 17. 19. 28.29. 32. 33. 35. 38. & de gradationibus, T. 6. l. 10. p. 305. Keſsler. cent. 3. chymic. proceſſ. n. 93.

Mechanicis, ut ferariis aliisqve ferrum tractantibus, in uſu eſt hæmatites ad expolienda è ferro & chalybe fabrefacta, dum pulvis hujus per pannum lineum rarum, corio craſſo, qvo orbis ligneus obductus, inſpergitur, cui corio poſtea arctius applicatur res expolienda; qvod fit Norinbergæ in molâ aqvariâ politoriâ.

Qvi *ferrum auro ornant & contegunt*, id ſine hæmatite facere neqveunt. Namqve eâ aureas bracteas ferro prius circundatas firmant & poliunt, perinde ac pictores lupino dente. Matthiol. comm. in Dioſcor. l. 5. c. 101. Vide infra cap. 10

Aurifabri ex hæmatite & vitro Veneto, addito oleo lini, parant Einen Grund zum

Etzen

Eßen. Andr. Jeſſneri Kunſtkammer lit. F. ij. iij.
Ex plumbo, arenâ, ſqvamâ æris & hæmatite conficiunt *Smaltum nigrum*. Idem lit. a. viij.

CAP. VII.

De electione & præparatione hæmatitis ad uſum medicum.

SUnt eqvidem qvidam, (inter qvos eſt Cl. Dn. J. Schröder in pharmacopæâ medicochym. l. c.) qvi negant, hodiernum noſtrarum officinarum pharmaceuticarum hæmatiten, eundem eſſe cum Dioſcoridis hæmatite.

Anſam dubitandi illis haud dubiè præbuit Matthiolus, dum ſcribit: *Hæmatites* lapis, qvo omnes in univerſum medicæ officinæ abundant, qvoq; pictores & lignarii fabri utuntur, vulgo vocatus lapis, legitimus non eſt, de qvo meminerunt Dioſcorides & Galenus. Qvippe hic alius eſt lapis mollis, per ſe proveniens in montibus, apertis locis. At legitimus foſſilis eſt, & ſpontè naturæ naſcens in metallorum cuniculis: qvi fractus, ſangvinem colore imitatur, unde & nomen. comm. in Dioſcor. l. 5. c. 101.

Verùm, præterqvam qvod hæmatiten noſtrarum officinarum medicarum pictoribus &

fabris lignariis in uſu eſſe non meminerim, qvalem viderit lapidem in officinis ſub nomine hæmatitis Matthiolus, hariolari non poſſumus. Sed puto; oſtenſam ei fuiſſe rubricam fabrilem duram, qva & pictores & fabros lignarios uti certò ſcimus: qvam tamen nos pro hæmatite non venditamus, ſed noſtrum, vel è propriis venis, vel ex metallorum cuniculis (ut ſupra cap. 3 fuſius de his dictum) erutum, pro Dioſcoridæo, adeoqve veterum hæmatite, habemus.

Ut enim Naturam nihil novi creare, ita nihil creatorum interiiſſe, firmiter credo: ita ut noſtrâ inertiâ ſolùm multa lateant.

Quin ipſe Matthiolus fatetur, dari hæmatiten legitimum: epiſtol. l. 3. fol. 105.

Eligendus autem eſt ille hæmatites, qvi eſt velociter frangibilis vel friabilis, æqvalis duritiei, cui non admiſcentur ſordes, & in qvo ſunt venæ. Dioſcor. l. c. Avicenn. tr. 2. c. 240. Oribas. collect. l. 13 cui ſangvinis concreti color. Agricol. de nat. foſſil. 5. c. 5.

Friabilitas verò in illo non intelligitur eo modo, qvo digitis friari poſſit. Cum ſcribat Dioſcorides, hæmatiten lapidem eſſe durum, ſed qvod cum frangitur, facile ſcindi poſſit. Scatet enim venis innumeris, qvæ cum facile didicuntur tum ſubinde non magno negotio teruntur in pulverem. Matthiol. l. 3. epiſtol. fol. 105.

Ad

Ad uſum verò in officinis pharmaceuticis communiſſimo modo in tenuiſſimum & in palpabilem pulverem tritus, & cum aqvâ tormentillæ vel bursæ paſtoris in lævorem ſuper marmore redactus 1. trituratione vel lævigatione præparatur, uti vocant pharmacopæi. Diſpenſat. Auguſtan. edit. Zvvelferianæ. claſſ. 20. fol. 417. qvod idem cum ſucco aut plantaginis aut cydomiorū perfici poſſet. Doſis hujus eſt à ℈j. ad ℈iiij. Et hic eſt *lapis hæmatites præparatus*.

2. De *præparatione per uſtionem*, vide ſupra c. 4. I. B. Birellus in Alchymiâ nova ed. Uſſenbachio l. 1. c. 22. hæmatiten igniendo & in felle bubulo extinguendo præparat. Et hic eſt lapis hæmatites uſtus & præparatus.

3. Coctione: *Hæmatites trochiſcatus* (de qvo etiam ſupra cap. 5. in fluore menſium immodico ſiſtendo, ex Paracelſo) ſuperius præparato, meo judicio, præferendus, pulveriſatur hæmatites minutiſſimè, coqvitur in aqvâ communi vel plantaginis deſtillatâ, per horas 7. vel 8. ut fiat inſtar terræ lutoſæ, qvæ poſtea effuſâ & evaporratâ aqva in trochiſcos formari & ſigillari poteſt. Doſis eadem, qvæ communiter præparati. Galenus eum præparat ſolutione in ſuccum

per attritionem ad cotem, l. 9. ſimplic. c. de hæmatite, & c. de ſchiſto.

4. Præcipitatione: *Magiſterium* hoc modo paratur: Pulveris hæmatitis ℥vj. calcinantur cum ſulphuris puriſſimi ℥viij, vel pluribus, donec ſulphur abſumptum ſit. Huic rurſus pulveriſato ſuperfunditur acetum deſtillatum, benè acuatum cum ſpiritu vitrioli. Poſt aliqvot dierum extractionem in loco calido vel arenâ calidâ, præcipitatur cum oleo Tartari per deliqvium. Præcipitatum cum repetitâ affuſione aqvæ calidæ edulcoratur, edulcoratum ſiccatur, ſiccatum, qvod coloris rubei eſt, ad uſum ſervatur.

5. Sublimatione: *Flores hæmatitis* ita fiunt: R. lapidis hæmatitis ſubtilisſimè pulveriſati, part. 1. ſalis ammoniaci itidem tenuisſimè triti, part. ij. optimè miſce: ſublima per alembicum in arenâ, igne forti: ſpiritum ſalis ammoniaci egreſſum ſeorſim ſerva: ſublimatum elue aqvâ, filtra per chartam emporeticam, præcipita infuſione olei Tartari per deliqvium, donec aqva fiat alba & clara: præcipitatum edulcora: ſic habebis flores lapidis hæmatitis.

6. Extractione *Tincturæ*: Caput mortuum, qvod in fundo cucurbitæ remanſit, ſolve aqvâ, donec non amplius tingitur; ſolutiones calidas filtra per chartam; coagulâ igne forti

forti, & extrahe poſtea cum ſpiritu vini (præſtaret ſinnere ſpiritum cydoniorum vel prunorum ſylveſtrium)affundendo toties, qvoties tingitur, Tincturam, qvæ per chartam filtranda.

In hâc tincturâ progreſſu temporis ſubſidet *pulviſculus* ſubtilis: hic effuſâ tincturâ ſiccandus: ſiccato affundenda aqva, ut ſal ammoniacum, qvod adhuc dum ipſi adhæret, imbibat: qvi pulviſculus denuo ad uſum medicum ſiccandus, & vel ſeorſim ſervandus, vel floribus immiſcendus.

Aqva vero illa evaporanda, ut coaguletur ſal ammoniacum, qvod depuratum, *diaphoreticum in febribus* eſſe poteſt, cum conſtet ex ſale ammoniaco, tanqvam ſpecifico febrifugo, (Tentzel. exeg. chymiatric. part. 3. ſect. 1. pag. 598. præſertim in qvartanâ: Tenzel. l. c.). Agricola obſ. in Popp. part. 2. pag. 819.) & hæmatite, tanqvam diaphoretico, (vide caput 5.) Vocare licet *Sal ammoniacum diaphoreticum hæmatiticum.*

Ultimum caput mortuum hæmatitis, ſeu corpus hæmatitis, è qvo & flores ſublimati, & tinctura extracta, poſſet uri & lavari, modo aliqvoties dicto, pro uſibus externis.

Ex ſcoriis ſive hæmatitis ſive ſchiſti, è qvibus ferrum excoctum, eô modo, qvo Crollius Baſil. Chym. pag. 252. ex ſcoriâ ferri cærulea

leâ primò tincturam extrahit poſteà crociMar tis eſſentiam parat, etiam tincturam extrahi poſſe nullus dubito; qvod qvamprimùm experiar.

7. Deſtillatione: *Spiritus hæmatitis:* Per retortam exhibet hæmatites ſpiritum, odore & ſapore ſpiritum Vitrioli æmulantem. J. Schröder. pharmac. med. chym. 3. & edit., l. 3. c. 8. pag. 352.

8. Solutione per deliqvium: Hæmatites & ſal ammoniacum ſubtilisſimè pulveriſata & optimè mixta deſtillantur: adſcendit *ſpiritus ſalis ammoniaci igneus, urinoſus:* aucto igne ſublimatur ſal umoniacum, & ſecum rapit *Flores hæmatitis*, inſtar corticum aurantiorum coloratas: hos reduc in tenuisſimum pulverem, ſuperfunde ſpiritum vini rectificatisſimum, ut tincturam extrahat: idqve toties repete, qvoties coloratur ſpiritus vini: ſpiritus hos tinctos deſtilla ex balneo: manebit in fundo cucurbitæ *ſal pulcherrimorum colorum*, odore croci, qvod ſerva.

Caput mortuum tere ſubtilisſimè, projice in ſpiritum vini optimum, (poſſet ſpiritus vini à ſale deſtillatus ſumi) qvi coloratur: repete aliqvoties usqve ad extractionem omnis tincturæ: ſpiritus hos deſtilla per alembicum ex balneo, remanebit iterum in fundo *ſal* ut *prius*,

prius,hoc deſtilla lento igne, per retortam vitream lutatam, in furno venti, exibit *ſpiritus ſalis ammoniaci acidus, corroſivus, duplicatus:* aucto igne prodeunt *flores:* finitâ deſtillatione conjunge ſpiritum corroſivum cum floribus in collo retortæ hærentibus: deſtilla lento igne per retortam vitream: exibit ſpiritus, & flores manebunt in fundo: hos flores miſce cum ſuperioribus, repone in cellam, ut liqveſcant in *liqvorem*. Liqvor hic inſignis eſt medicina, præſertim cum gummi ammoniaco in pilulas redactus, *in hydrope, qvartanâ, ſcorbuto, pleuritide, renum calculo, colicâ, obſtructione menſium, melancholiâ hypochondriacâ, affectibus ventriculi variis, aliisq; morbis gravibus*: præterea habet *vim anodynam & ſomniferam*, ob tincturam aureo croceam & odorem aromaticum. Joach Polemann in Novo lumine medico, cap. 5. pag. 35. 36. 37. 38.

Qvidam tincturam hæmatitis extrahunt è floribus.

Oleum ex hæmatite ad ſangvinis profluvia. Hæmatites ſubtilisſimè conteritur, & vel æqvali nitri vel duplo ſulphuris pondere commixtus in calcem aduritur: hæc deinde ex aqvâ pluviali ſtillatitiâ lavatur aliqvoties: rurſusqve ſiccatur: poſtea ſpiritus vini ſuperfunditur, maceraturqve: tum extillatur

rurſus

rurſus, & qvod in fundo remanet, iterum calcinatur, lavatur, deſtillaturqve toties, donec in vino eliqveſcat inſtar nivis: tandem incoqvendo ſal provenit, qvod in loco humido reſolvitur *in liqvorem*. J. Guint. Andernac. de vet. & nov. med. comm. 2. dialog. 7. fol. 661. & ex hoc J. J. Weckerus Antidotar. ſpeciali l. 2. ſect. 18. pag. 679.

9. *Reductione in qvintam eſſentiam & Sal*: Lapidem hæmatiten cum duplo ſulphuris tere in pulverem impalbapilem, cementa per horas 6. poſtea ſub tegulâ in fornace probatoriâ candefac per horas 2. ſemper movendo: materiam ignitam projice in acetum acerrimum deſtillatum: â reſidentiâ lentè ſepara acetum deſtillatum, pulverem cum aqvâ communi deſtillatâ edulcora: ſicca: dein cum aqvâ roſarum forma globulos parvos: qvibus ſuperfunde ſpiritum juniperi, digere aliqvandiu, donec omnis eſſentia extracta ſit: filtra per chartam: ſpiritum in balneo Mariæ abſtrahe, ut *eſſentia* maneat in fundo: caput mortuum edulcora; ſuperfunde aqvam mellis corroſivam: abſtrahe aqvam: *Sal* cum ſpiritu vini per iteratam deſtillationem edulcora: ſic habebis ſal purum. J. Tholden. Haligraphiæ part. 4. pag. 226. 227. 231.

10. Fixatione: Ita enim ad me Nob. & Excell.

Excell. Dn. D. J. J. Wittigius, in literis Erffurti datis, 12. 22. Auguſti, 1662. *Anima* ⊖is ♂vi. R. hæmatit. part. 1. ✳. part. ij. ♎ma, egregium ♎atum rubrum acqvires, edulcora, anima ♂ remanebit in fundo, ex ⊕ extrahe ⊖. Animam fige 6. ſeptiman. benè ita abibit in ☽m. ⊖ verò inſtar rubinorum erit ſplendidum.

CAP. IIX.

De valore & ſuccedaneis hæmatitis, & hæmatite factitio.

VIlis admodum eſt hic lapis, adeò ut in noſtrâ Suinfurtenſi & Herbipolenſibus officinis pharmaceuticis ℥ß. veneat. tribus nummis; Wittebergenſi qvatuor nummis: Norinbergenſibus uno cruciato; Heylbronnenſi duobus nummis; alibi tamen pluribus.

Cæterum æqvales hæmatiti vires repræſentat ex *ejus ſuccedaneum* eſſe poteſt *Magnes*: P. Ægineta l. 3. c. 3. Aëtius tetrab. 1. ſ. 2. c. 25. *cinnabaris Dioſcoridis*, *ſeu ſanguis draconis*: Dioſcor. l. 5. c. 69 Antidotar. Roman. pag. 6. *bolus Armenus*, *terra Samia*, aut *Lemnia*: A. Trallian. l. 7. c. 1. *Galactites & melitites* viribus paululum ab hæmatite deſciverunt: Aëtius tetrab. 1. ſ. 2. c. 14.

Econtra *hæmatites ſuccedaneum eſt lapidis*

ſtellatis

ſtellati; Ricettario Italico di anno 1560. part. 3. pag. 163. J. J. Wecker. Antidotar. generali l. 4. c. 9. pag. 207. 208. *terræ Samiæ*; Wecker. ibid. pag. 209. 210. Monente tamen J. Manardo annotat. in Simplicia Meſue fol. 393. lapis ſtellatus idem eſt qvod Aſter Samius, terræ Samiæ ſpecies: lapidis enim lazuli (qvi lapis eſt ſtellatus Meſue) ſuccedaneum hæmatites vix eſſe poteſt, cum vires horum duorum ſint diſpares.

Factitius hæmatites fit vel ex magnete uſto; Dioſcor. l. 5. c. 101. permultum combuſto; Oribas collect. l. 13. vehementer combuſto ſeu igni artificiali, ſeu calore terræ; Encel. l. 3. c. 6. & 8. Qvandoq; ſubtiliantur aliqvi in adurendo magnetem, & qvod provenit inde, eſt lapis hæmatites in operationibus ſuis; Avicenna l. 2. tr. 2. c. 240.

Vel fit hæmatites factitius ex Schiſti lapidis glebâ ſeu radice uſtâ: Oribas. collect. l. 13.

Tantùm de Hæmatite, jam de Schiſto.

CAP. IX.

De Schiſto lapide.

Schiſtus & hæmatites cognationē habent: Plin. l. 36. c. 20. Encel. l. 3. c. 6. Schiſtus lapis ſuperiori (hæmatiti nimirū) conſimilis eſt: P. Ægineta l. 7. c. 3. Adeò, ut Plinius l. c. ex Sotaco eum inter hæmatites enumeret; Geſ-

Geſnerus Schiſtum ſpeciem hæmatitæ, ut hæmatiten Magnetis faciat: de figur. lapid. c. 4. p. 83. Encel. l. 3. c. 7.

Qvamvis verò pro ſchiſto qvidem habeant *Alumen ſcajolæ*, alii, *lapidis Amianti aut ſpecularis* (qui in gypſariis invenitur: H. Soler. ſchol. in Aetii tetrab. 1. ſ. 2. 14.) *ſpeciem*, alii *ſaxum fiſſile, Qvarzum* dictum. Ol. Worm in Muſæo l. 1. ſ. 2. c. 7. fol. 57. ſchiſtum, *Talco aut ſelenitidi valdè affinem*, album, perſpicuum fermè, in laminas ſibi invicem cohærentes ſciſſilem, ex fodinis argenteis Norvagiæ, eiqve venæ ita innatum, ut purum per ejus corpus ramulis eleganter diſtinctum perreptat: tamen hîc ſermo eſt de Schiſto, hæmatiti ſimili, aut eodem.

Schiſtus, σχιστὸς (à σχίζω, findo, ſcindo) verò nominatur, non qvod aut fiſſus ſit, aut omnis facilè findi posſit, ut non poteſt, ſed qvod videatur qvodammodo eſſe fiſſus. Mutuâ enim ſuarum partium compoſitione, qvæ ligni inſtar recta creverunt, ſimilis eſt ammoniaco ſali. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. concremento & alterno cohærentium venarum diſcurſu, pectinum modo, ſali Ammoniaco ſimilis eſt. Dioſcor. l. 5. c. 102. lineas pectinum modo per Longitudinem diviſas habet, hæmatites verò eas habet, ut ſors tulerit. Oribas. collect. l. 13. Aëtio eſt lapis ſcisſilis: tetrab. 1. ſ. 2. c. 14. lapis ſciſſus: tetrab. 2. ſ. 3. c. 42.

Pro-

Probatur autem ſuâ naturâ fiſſilis Dioſcor. l. 5. c. 102.

Crocei eſt hic lapis coloris, ſi optimus fuerit: (Oribas l. c.) aliâs nigricat, laminas habens tenues invicem hærentes, ut lapis ſpecularis, ſplendentes & perſpicuas, per qvas ſi ſol inſpiciatur, videtur croceus. Cæſalpin. de metall. l. 2. c. 58.

Germani Schiſtum Blutſtein vocant, eum non diſtinguentes ab hæmatite: qvidam tamen Schiffrichten Blutſtein appellant, qvia facilè in longas rectasvè particulas vel laminas findi poteſt.

Alii, & pleriqve metallorum foſſores, ſchiſtum interpretantur Glaßkopff: verùm propriè loqvendo nodus ſchiſti ſaltem hoc nomen meretur.


Videtur Talci qvaſi qvædam ſpecies. Sed hâc ratione â Talco differt, qvod in rectas laminas ſcindatur; talci verò laminæ flexiles ſunt ac vario modo complicatæ.

CAP. X.

De differentiis Schiſti.

DIfferentiæ hujus eædem ſunt cum hæmatite, ob maximam cognationem, qvam ad ſe invicem, uti dictum, habent, ut qvi ex unâ eademqve materiâ (ex ramentis nimirum

Saxi


Schiſti nodus =

rum ſaxi rubri terræve) conglutinati, figurâ ſaltem & aliis qvibusdam differant.

I. Autem differentia eſt à loco natali vel generationis. Qvamvis Schiſtus hodie incognitus ſit vulgo, & qvidam oſtendant varios lapides; reperitur tamen verus Romæ in Vaticano, effoſſus è fundamentis, & in Montacuto propè Anglarium; nam ejus montis cacumen ex hoc lapide conſtat. Cæſalp. l. 2. c. 58. Nos qvoad ego ſcio, vero ſchiſto caremus: ſpecies tamen habemus. Encelius l. 3. c. 7.

Effoditur autem Schiſtus in Miſniâ Annebergi & Zeblicii, qvi in ſe aurum continere fertur. G. Fabric. obſ. de metall. pag. 3. P. Albinus chron. Miſn. metall. tit. 16. pag. 125. in pago Hohetanne, miliari uno Freibergâ diſtante in propriâ venâ: item in copiâ Mariebergi Golderona. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5. P. Albin. chron. Miſn. metall. tit. 19. fol. 150. Propè Friburgum in Miſniâ juxta Stibi. Kentmann. pag. 89. In Voilandiâ Schönheidæ; in Fichtelbergi Neylâ.

In Hercyniâ ſylva juxta Hacekorodam: Agric. de nat. foſſ. l. 5. c. 5. P. Albin. l. c. tit. 13. fol. 104. Matthiol. comm. in Dioſc. l. 5. c. 102.

In Eiſsfeldiâ juxta monaſterium Ilfelt: P. Albin. l. c. tit. 13. fol. 112. Propè Eylfelt ad veterem arcem Harburg: J. Coler: œconom. libro. c. 36. L In

In Bohemiâ: Matthiol. in Dioſc. l. 5. c. 102. B. à Boodt l. 2. c. 211. præcipuè juxta Plattam & Leſſum: P. Albin. l. c. tit. 7. f. 70.

In finibus Bohemiæ, zum Irrgang genannt: Scheda qvædam impreſſa.

In Saxoniâ Goſelariæ: P. Albin. l. c. tit 13. fol. 112.

In Marchionatu Brandenburgico Electorali: I. Blaeu Atlantis novi part. 1. Germaniæ fol. 7.

In Hiſpaniâ: Oribas. collect. l. 13. Dioſc. l. 5. c. 102. Agricola l. c.

In Africâ: Plinius l. 36. c. 20.

Ita ut ego affirmare auſſim, nos jam plus Schiſti, qvam hæmatitis habere & uſupare.

Differt Schiſtus II. figurâ. Nam aut alterâ parte, aut utrinqve cuneatur. Qvomodo cunei modò ſtricti, modò lati, modò parvi, nunc verò inveniuntur magni.

Miſenum certè vidimus qvatuordecim libras pendentem: Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5.

Aut ſtiriarum inſtar concrevit, aſſimilis bolemnitæ, qvalis interdum Goſelarianus, & plerumqve Bohemicus, effoſſus ex ferrariis metallis, qvæ ſunt ad Leſſam pagum. Agricola l. c.

Aut uvas repræſentat, ut interdum Hercynius, interdum Goſelarianus nigerrimus. Agricola l. c.

Aut

Aut dimidiati globi figurâ eſt, *cerebri ſpeciem præ ſe ferens*. Agricola l. c. Encel. l. 3. c. 6.

Aut deniqve magis latus qvàm longus eſt, ſicut Hercynius. *Agricola* l. c.

Non rarò extrinſecus lævis eſt, & ferri politi inſtar ſplendet: qvandoqve *maculã cinnabarinam* habet. Qvin fructus etiam intrinſecus, ſed minus, ſolet nitere.

Idem Schiſtos interdum extra non ſplendet, intus inſtar minii factitii, qvod etiam cinnabarim vocant pictores, micat, qvalis in Hercyniâ ſylvâ naſcitur. *Atqve* is etiam in pulverem tritus, nitet non aliter, ac ſi argento vivo eſſet oblitus. *Agric.* l. c.

In Miſeno Schiſto nodi qvidam naſcuntur magnitudine nucis juglandis, (Glaßkopff vocant, à Glaß vel Glantz / ſplendore, & Kopff / capite vel cranio:) adeò duri, ut in cudi impoſiti reſpuant ictus. Qvibus, cum politi fuerint, aurifices argentum, cui induxerunt tenuiſſimas auri bracteas, poliunt: & perpoliunt illas col oratas bracteas, qvæ ſubduntur gemmis, ut p er eas transluceant. *Agricola* l. c. P. Albin. l. c. tit. 19. f. 151.

Aliqvando naturâ læves ſunt & rotundi inſtar calvariæ vel cranii. Matthes Sarept. conc. 15. pag. m. 860.

Schiſti glebæ duræ & rotundæ, *Schiſti radices* vocantur, qvibus uſtis hæmatites olim

 adul-

adulterari ſolebat, dicente Dioſc. l. 5. c. 101.

Differt III. colore vel lapidis vel ſucci.

Lapidis color eſt vel croceus; vel nigricans; qvalis, ut Sotacus tradidit, naſcitur in Africâ, qvem ab extincti carbonis colore vocant *anthraciten.* Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 6. vel nigerrimus, qvalis Goſelarian. botryites.

Crocei eſt hic lapis coloris, ſi optimus fuerit, aliâs nigricat, laminas habens tenues invicem hærentes, ut lapis ſpecularis, ſplendentes & perſpicuas, per qvas ſi ſol inſpiciatur, videtur croceus. Oribaſius l. c. Cælſalpin. l. 2. c. 58.

Colore magis pallido ab hæmatite dignoſcitur. V. Cordus annot. in Dioſc. l. 5. c. 145.

Schiſtus, ſi ſangvinis concreti ſimilis fuerit, uſtus, cinnabaris imitatur colorem: ſi nigri, mutatur in profundiorem. Omnis alius ſchiſtus uſtus, floridum habet colorem. Agric. l. c.

Succum qvanqvam ferè reddat ſangvineum, tamen Schiſtos Africanus ab eâ parte, qvæ fuerit ab radice, nigri coloris; ab alterâ croci. Similiter Goſelariani pars, qvæ uvarum modo concrevit, nigrum reddit ſuccum: alterâ in croceo nigrum. Aricola l. c.

Coti attritus ſuccum ſangvineum reddit vel croceum, eumqve adſtringentem. Agric. de

de nat. foſſil. l. 1. c. 11. & 4. Ad cotem tritus colorem pallidum reddit. Aëtius tetrab. 1. ſ. 2. c. 14.

Differt IV. duritie: Cum denſus & plerumqve durus ſit, qvo magis ferri inſtar ſplendet, eò durior eſſe ſolet, ut in Miſenâ & Hercyniâ ſylvâ repertus. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5.

De Schiſti nodi duritie in differentiâ II. jam dictum. Verùm non omnis tàm durus eſt, ſed qvidam fiſſilis & friabilis, ut Schönecheidenſis Voitlandius.

CAP. XI.

De viribus Schiſti.

QUod vires Schiſti attinet, conſimilem hæmatitæ, ſed debiliorem & infirmiorem vim habet. Dioſcor. l. 5. c. 102. Galen. 9. Simplic. Aëtius tetrab. 1. ſ. 2. c. 14. Plinius l. 36. c. 20. Encel. l. 3. c. 7. Subſtantiâ & viribus hæmatiti ſimilis, colore tamen magis pallido, & viribus ſecundum proportionem debilioribus ab illo dignoſcitur. V. Cordus annotat. in Dioſcor. l. 5. c. 145.

Ejusdem cum hæmatite coloris, easdem vires habet, alterius minus efficax eſt. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 5.

Cum de viribus cum hæmatite certet, hic ejus vires nobis ſupplere poterit. Matthiol. comm. in Dioſcor. l. 5. c. 102.

Schiſtos eſt optimus, ſi talis fuerit, qvalis hæmatites ſupra deſcriptus. Tametſi Dioſcorides eligat eum, cujus extremæ partes croci imitantur colorem, ut videri posſit, præſtantiſſimum illum, qvi ſolâ figurâ differt ab hæmatite, ignoraſſe. Agricol. l. c.

Ex Schiſto, præcipuè illo, qvi in Platta Bohemiæ naſcitur, poteſt parari *color puniceus*, Keſſelbraun. Mattheſ. Sarept. conc. 9. pag. 461. P. Albin. chron. Miſn. metall. tit. 19. fol. 151. Ex hæmatite cum tartaro calcinato, *color fulvus*, Leberfarb. Andr. Jeſſner. Kunſt-Kammer. ℞. ij. cum minio, cretâ & oleo lini, *color fuſcus* paratur, braun. Idem C. J.

Minium & Schiſtos *parens argenti vivi* putatur. G. Fabricius obſ. de metall. pag. 10. P. Albin. chron. Miſn. metall. tit. 16. fol. 128.

Ex Schiſto etiam *ferrum excoqvitur*: vide ſupra cap. 3.

Lapides *qvi in ſe aurum continere feruntur*, apud nos ſunt Schiſtos Annæbergenſis & Zeblicenſis, & granati Zeblicenſes. G. Fabric. obſ. de metall. pag. 3. P. Albin chron. Miſn. metall. tit. 16. fol. 125.

CAP. XII.

De hæmatite ſpurio.

Hujus tria habet genera B. à Boodt l. 2. c. 209. qvalia ſunt I. Sileſianus friabilis: Blutſtein / Braunſtein / Braunfarb / braunfarber Blutſtein/ab incolis dictus.

Invenitur non procul ab arce Lehnenſi ad Beberum ad fluvium. Schwenckfelt foſſil. Sileſiæ pag. 381.

Non procul à Neydeck in Bohemiâ: Mattheſ. l. c. Pag. 462. Tiguli Hirsbergi in Sileſiâ *eô tingunt fictilia*, Schwenckfelt l. c. Noſtri figuli eô, addito lapide plumbario, fictilia nigro colore tingunt.

Conciliatur etiam eô, additâ ſqvamâ æris, ruber vel croceus color vitro; vel puniceus urceis, è qvibus bibimus muſtum, Mattheſ. Sarept. conc. 15. pag. 901. Bald. Clodius officin. chym. p. 174.

Uſtus crocum Martis colore & effectu refert: ad ſangvinis eruptiones compeſcendas utile remedium. Schwenckfelt l. c.

II. Alterum genus in ferri metallis reperitur globoſum, colore partim rubricæ, partim ferri nigricantis. Hic friabilis ob inæqvalitatem, durus tamen.

Hujusmodi videtur deſcribi à Dioſcoride, ſaturato colore aut nigro, friabilis, per ſe durus,

durus, adulterati ſolitus glebâ radicum Schiſti. Nam cæteri ſolidiores adulterari neqveunt, neqve colore ſangvineo ſpectantur, ſed ferri perpoliti. In hoc genere qvidam reperiuntur colore profundiori, ſimul & pulviſculum croceum fundentes, qvales deſcribuntur à Plinio in Æthiopiâ nati. Cæſalp. l. 2. c. 56. & ex hoc B. à Boodt l. 2. c. 209.

III. Tertium genus lapis eſt ferrugineus, gravis, obductus rubricâ, & ſupra rubricam cretâ pallidâ, ultimò tectus cruſtâ ſimili aëtiti tenuiore & fragiliore, qvæ & ſeptimodo pervadit ad intima. Lapis hic ad coſtem croceũ & ſangvineum ſuccum parit. Reperitur Aretii, ubi fons eſt acidulæ; congener oſtraciti. Cæſalpin. & B. à Boodt, ll. cc.

FINIS.

DE LAPIDE
AETITE
SCHEDIASMA,

ad modum & mentem

ACADEMIÆ NATURÆ-
CURIOSORUM
congeſtum,
à

JOH. LAURENT. BAUSCHIO,
M. D. & Phyſico Reipubl. Suinfur-
tenſis patriæ Ordin.

LIPSIÆ,
Impenſis VITI JACOBI TRESCHERI,
Bibliopolæ Uratislavienſis.
Typis JOHANNIS-ERICI HAHNII,
ANNO M. DC LXV.

Google

Digitized by Google

Explicatio numerorum lapidibus ſequentibus adſcriptorum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ſunt Baſilii Besleri in Faſciculo rariorum, Norinbergæ Anno 1616. â P. Iſſelburgio æri inciſorum.

I. Aëtites cinerei coloris. Klapper od Erdſtein.

II. Aëtites triangularis.

III. Aëtites lapis rotundus punctatus.

IV. Aëtites Arabicus.

V. Aëtites ex inſulâ Bandâ.

VI. Aëtites duplicatus Africanus.

VII. Belemnites rotundus fluviatilis.

IIX. Belemnites Germanicus fluviatilis. Ein Teutſcher Adlerſtein. N. Non rectê hos belemnites vocat, cum hi diverſi ſint ab aëtitis.

IX. Geodes aëtitis ſpecies Runder kleiner Adlerſtein.

ſeqq. 10. 11. 12. 13. 14. ſunt Fernandi Imperati, in hiſtor. naturali. l. 24. c. 18. & 19.

X. XI. Aëtites Geodes: Aqvilina gravida di concetto terreno.

XII. Aqvilina gravida di altra aqvilina, che e la doppiamente gravida.

XIII. XIV. Ventre criſtallino, de albi detto Aëtites enhydros, qvaſi Aqvilina pregna di humore, da cui ſiano condenſati l' ingemmamenti. Sed enhydros non eſt, niſi aqva intus fluctuet.

XV. Aëtites è ſylvâ Thuringicâ, integer & apertus, ut cavitas conſpici, & in eâ cryſtalli poſſint.

XVI. Aëtites Suinfurtenſis, integer & apertus.

XVII. Aëtites lapillo & terrâ prægnans.

XIIX. Geodes pyramidalis.

In abſolutiſſimum de Aëtite tractatum.

PRægnans prægnantis partum lapis urget; at atris
In tenebris latuit vis ea merſa diu:
Eruit hanc Veſter meruitqve adamabile nomen
BAUSCHIUS. ò caſtæ vivite Penelopæ!

Joh. Michaël Fehr, Phil. & Med. D. & Aacademiæ Naturæ-curioſorum p.t. Adjunctus.

TE Natura, parens rerum ditiſſima, BAUSCHI,
Largiter ornavit dotibus ampla ſuis.
Fecit ut ingenii vi indefeſſoq; labore,
Ejus ſacra qveas pandere, tecta prius.
Ætites teſtis, qvem ſic natura ligavit,
Illius ut pauci ſolvere vincla ſciant.
Nam velut infantem matris concluſit in alvum,
Muniit & duro cortice, veſte ſuâ.
Sed tuus hic labor eſt; validô Tu cortice fractô
Illius interius poſſe videre facis.
Infanti huic clauſo ſolerti indagine qvaſi
Obſtetricaris ſuſcipis atq; Tuum.
Cuncta hac ſucceſſu tanto & conamine praſtas,
Ut modò Naturam Te timuiſſe putes.
Laudes ergo Tuas, nomenq; Tuosq; labores
Poſteritas meritò ſat ſcio ſera canet!

Dn. Patri & Adfini ſuo fac.
Elias Schmidt/ Dr. Collegii Nat. Curioſ. Vice-Adjunctus.

Προσφώνησις

Ad Virum Clariſſimum, Excellentiſſimum & Experientiſſimum

Dn. JOANNEM LAURENTIUM Bauſchen /

Medicinæ Doctorem celeberrimum, & in Imperiali ac Liberâ Suinfurtenſium Repub. Archiatrum, ſeu Phyſicum, ut vocant, ordinarium, Cæteroſqve VIROS Nobiles, Clariſſimos, Excellentiſſimos & Experientiſſimos, qvi Sodalitio Naturæ-Curioſorum Academico nomina ſua dederunt, vel daturi ſunt.

Abdita naturæ cognoſcere qvilibet ardet;
At non cujusvis ars ea nôſſe valet.
Qvum non ſubſidiis omnes utantur iisdem,
Sed varius variâ gaudeat ire viâ.
Sunt, ſibi qvi ſoli ſapientes eſſe videntur,
Et ſpretis aliis, omnia ſcire volunt.
At Suinfurtenſis prænobilis ille Machaon,
BAUSCHIUS, amentis non ita mentis erit.
Sed, junctis aliis, qvos vel miratur Apollo,
Rimatur, Medicos qvæ latuere diu.
Ecqvis enim credit, nos omnes omnia poſſe,
Atqve oculis oculum viſibus eſſe parem?
Tale Sodalitium, Chriſto Duce & auſpice, cœptum
Qvi vult amplecti, nomen eiqve dare,
Legi-

Legibus ille ſuum conformiter exigat ævum,
Qvas bene ſancitas cernere* qvisq; poteſt.
Ut verò memori ſerventur mente, monebit
Annulus, in digito qvem ſibi qvisq; gerat.
Annulus ex auro, non plũbo funditur; ergò
Sit Medicus fictus de meliore luto.
Leproſos ſanans aurum, cor viribus auget,
Cui cedunt preció cuncta metalla ſuô.
Sic etiam Medicus ſit præſtantiſſimus arte,
Ex ægro doctus pellere corde malum.
Annulus eſt formâ perfectâ ductus in orbẽ,
Qvam formam mundi machina grandis habet.
Non minus exiſtat Medicus teres atqve rotundus,
Vitaqve pura, carens criminis, ornet eum.
Porrigitur ſerpens utrinq;. Epidaurius olim
Ille Deus ſanctè cultus in angve fuit.
Et peſtis Romæ memoratur pulſa per anguẽ,
Atqve DEI populo venit ab angue ſalus.
Anguis opem medicam nobis fert ſæpius, anguis
Inſomnes noctes conterit atqve dies.
Sic & pervigilem Medicũ decet eſſe probatũ,
Ut ſævâ ſolvat corpora noſtra lue.
In medio gemmæ vice codex poſcit apertus,
Ne ſinat hic clauſos usqve jacere libros,

*vide Salve Acadamicum Lipſiæ impreſſũ An 1662.

•※(o)※•

Sed ſenis evolvat Coi, magniqve Galeni,
Aſſiduô ſtudiô nocte dieqve, libros,
Ut tractare qveat medicam felicius artem.
Qvid notet hic oculus, noſcere fortè petis?
Qvisqve ſuis oculis, nec alius, cernat, & omni
Commento nolit cæcus habere fidem.
Emiſſi radii de nube micante favorem
Inſtituiis, DOMINI ſubſidiumqve notant.
Qvid velit herba, rogas? Medicus benè noverit herbas,
Miſceat & ſuccos exprimat inde bonos,
Qvis felix hominum producere fata potiſſit,
Et cum condignâ præmia laude ferat.
Annulus hæc ſignat, mirâ qvè BAUSCHIUS arte
Effinxit, Medici gloria rara chori.
Illius inceptum cælorum proſperet Autor
Et Fautor Medici maximus ille chori!
Excitet hic plures, qvi commoda publica qværant,
Et ſtudeant ægris ferre potenter opem!

Qvam obſervantiæ ſuæ teſtificandæ causâ edidit

M. Johannes Seyfried / Scholæ Suinfurtenſis p. t. Con-Rector & Collegii Scholaſtici Senior.

De

De lapide Aëtite Schediaſma.

Proœmium.

MIſeram, periculi plenam & multis incommodis ſubjectam eſſe mulierculárum utero dum gerunt, conditionem, nemo inficiabitur, niſi qvi manifeſtæ experientiæ contradicere velit.

Aut enim poſtqvam conceperunt, metus eſt, ne iterum abortiant, aut, dum pariendi tempus inſtat, ne vel difficulter, vel planè non pariant, aut etiam monſtroſum partum edant.

Abortus, etiam ex levi qvandoqve cauſſa, freqventes eſſe, vulgaris docet experientia: partus difficiles naturales haud infreqventer contingere, ferè qvotidiè videmus: ſed partus difficiles præter naturales rarius obſervamus: his rarius monſtra occurrunt. Exemplis res fiet clarior.

Julia, Julii Cæſaris filia, Pompeii uxor, conſpectâ veſte Pompeii, ſanguine ludis ſauciorum conſperſa, qvam domum mutandam miſerat, adeò conſternata eſt, ut abortum fecerit.

At cum iterum prægnans eſſet, filiam enixa, ex partus doloribus expiravit: nec multos dies ſuſterſtes fuit Plutarch. Vitar. parallel. T. 2. in Pompeio, pag. m. 414. & in Cæſare, pag. m. 528.

Ex lapſu per ſcalas, & caſu, ob ſubtractionem per jocum ſellæ, abortus ſecuti. W. Gabelchov. cent. 3. obſ. cur. 8.

Anno 1653. 13. Mart. Leonhardi Schüſsleri, ferarij Suinfurtenſis uxor abortivit filiolum ſeptem menſium, cui anus imperforatus erat, venter verò ſeu abdomen in inſignem molem intumuerat. Vixit ferè horam dimidiam.

Caſus ab alto, vel ictus in ventrem gravidæ, cauſſæ monſtroſorum partuum; & ſi ictus caſusvè inſignior fuerit, abortus, & qvidem potius, cauſſa eſſe poteſt. C. Bauhin. de Hermaphrod. l. 1. c. 12. pag 130. 131.

Filia Grammatici cujuſdam cum geminos enixa eſſet, doloribus partus ipſa ſimul cum libris exanimata periit.

Pulchrè igitur Palldas in 1. Epigramm. Græcor. ſic luſit:

Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτικεν φιλότητι μεγεῖσα
Παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκὸν οὐδέτερον.

Zvvinger. theatr. vitæ hum. volum 17. l. 8. fol. 2671.

Ge-

Georgii Roſſmarck, reſtiarii Suinfurtenſis uxor, ex aſthmate gibboſa, Anno 1644. gemellos peperit, manè puellam, veſperi puerulum. Secuta partum febris, Tuſſis, difficilis reſpiratio aucta, virium defectus: Obiit in puerperio. Hujus duæ ſorores, cum etiam gemellos peperiſſent, in puerperio ſimili fato mortuæ.

Ancilla qvædam hîc Suinfurti à ruſtico ſervo compreſſa, geminos concepit, ſed dum Anno 1655. partus doloribus urgetur, illiqve ſimul, uteri atqve fœtuū pari contentione, & qvidem optimâ aliâs pariendi ratione, fœtibus ſpontè in caput jam progreſſis, egredi conantur, & ſibimetipſis & matri, graviſſimis & non intermittentibus inſultibus epilepticis tentatæ, vitam eripiunt, ut matris mortuæ uterus eorum ſepulchrum fuiſſet, niſi manus Chirurgi eos inde extraxiſſet.

Partus difficilis & ſubſecutæ mortis ob geminos, hiſtorias alias videre eſt apud Foreſtum l. 28. obſ. 75. & 76.

Jacobi Hartung, vinitoris, uxoris filiolus, (hujus enim ſexus fuiſſe ex ſectione poſtmodum cognitum fuit) brachium qvidem ultra 24. horas è genitalibus exſerebat: Verùm cum ſitus reliqvi corporis, capite nimirū,

pedi-

pedibus & altero brachio ſurſum tendentibus, ad pariendum eſſet ineptus, inter partus dolores animam efflavit, anno præterito 1655.

Anne 1645. 20. Januar. præſente Dn. D. Joh. Mich. Fehr. è ventre aperto uxoris in partu enectæ, Johannis Packen, ruſtici Suinfurtenſis, per Chirurgum, Dn. Joh. Phil. Sachſen/ ſtatim aqva ſanguinolenta, inſtar loturæ carnis, profluebat, uterus ſuperius, qva inteſtinis adjacet, ruptus erat & pes cum brachio uno (alter enim è pudendo propendebat) capiti embryonis involuti, inter ipſa inteſtina conſpiciebantur, ipſæ etiam ſecundinæ diſruptæ, & jam jam putreſcentes videbantur, reliqvo uteri ſalvo, præterqvam qvod tumor qvidam in eo ſe offerebat, qvi inciſus ſcirrhum repræſentabat œdematoſum, qvo ipſo absqve dubio ſurſum retruſus embryo jam grandiuſculus, calcitrans, perrupit eâ, qvâ tenuior eſt, parte, uterum membranasqve omnes, accedente imprimis conatu illo externo, qvo in calefaciendo hypocauſto ſupra focum magnâ vi eniſa erat gravida, illo enim tempore ſtatim dolorem qvendam obtuſum cum ſonitu in ventre percepit. Embryo verò extra locum proprium protruſus, ſangvinisqve ac aliorum humorum affluxu obrutus, ſtatim exſpirare neceſſum habuit.

Ita

Ita memini fœtum uxoris Jacobi Gerbich, ſutoris Suinfurtenſis, Anno 1636. menſe octobr. capite uterum parte ſiniſtrâ perforaſſe, & perrupiſſe, cujus labia collum infantis ita arctè conſtrinxerant, ut ſuffocaretur, brachio extra vulvam propendente, matre etiam animam exhalante.

Similia perrupti uteri exempla habet Hollerius inter rara numero 8. Guil. Fabric. cent. 1. obſ. 64. & 67. Knobloch. in epiſtol. med. Horſtii ſect. 17. pag. 494.

Monſtroſus partus fuit Anno 1639. 1. Maij ab uxore Joh. Georgii Arnold/ civis Suinfurtenſis, editus. Hæc enim mane circa octavam prædicti diei juſto pariendi tempore, & feliciter enixa eſt infantem, ſed cui pars hepatis, qvod inuſitatæ magnitudinis erat, ventriculus & inteſtina inflata ſed nuda omnia, per rimam magnam, paulò infra umbilicum, extra abdomen propendebant: labia rupturæ cum lobo hepatis propendente & inteſtinis, coaluerant callosâ duritie; femur dextrum reflexum erat verſus brachium & caput, nullam habens articulationem: in pede diſtorto ſex digitos ſolito longiores habebat, qvorum duo connati erant. Superior corporis pars, qvoad caput, brachia, manus, erat perfecta & benè proportionata. Sexus dignoſci haud poterat, præterqvam qvod fœmininum arguerent

carun-

carunculæ labiis vulvæ ſimiles, qvæ ab invicem divulſæ, & femoribus circa inguina utrinqve adhæreſcebant, conjunctæ tamen membrum muliebre qvoad formam externam referebant. Inter has carunculas prominebat veſica urinaria, rubicundi coloris, urinam continens, qvæ duplicem follicuulm habere videbatur, qvorũ uterq; inciſus nrinam profundebat, Ductus urinarius nullus uterus nullus, nullus anus, ſed omnia imperforata. In inferiore dorſi parte conſpiciebatur caruncula, parvo peni ferè ſimilis, ſed imperforata. Circa veſperam moriebatur. Inſpectioni & ſectioni interfuerunt Dn. Joh. Georg. Metzger, Ioh. Phil. Sachs / Iohann. Gerlach/Chirurgi noſtrates.

Anno 1651. 13. Mart. Iohannis Dees piſcatoris uxor abortiebat filium, cujus utriqve manui qvatuor ſaltem inerant digiti: brachia & crura diſtorta, ſurſumqve reflexa: ex abdomine propendebat ſacculus, qvi inteſtina & reliqva infimi ventris viſcera continebat.

His non obſimiles partus monſtroſos, qvibus inteſtina, epar, ventriculus, lien extra abdomen propendebant, ex Horſtio & Höchſtettero diſcribit Sennert. Pract. l. 4. part. 2. ſ. 4. c. 7. pag. m. 314. ex Lycoſthenis libro prodigiorum Anno 1547. J. G. Schenckius in Monſtror. hiſtor. p. 84.

Anno 1639. 20. Septembr. noctu circa 11. uxor

uxor paupercula ex pago Suinfurtenſium Zell, hîc Suinfurti gemellos (qvod hoc anno freqvẽtiſſimum erat) peperit, filiolam pulcherrimam & benè conſtitutam, ac filiolum, cui penis qvidem erat, ſed teſtes & ſcrotum nullum, anus clauſus & imperforatus, imò ne veſtigium qvidem ani, abdomen immenſæ magnitudinis, molle: pedes breviuſculi: collo circa aurem protuberantia carnoſa, magnitudine ovi gallinacei adnata erat. Vixit horam dimidiam.

Dum Rottenburgi ad Tubarim Anno 1631. menſe Octobr. irruptio hoſtilis Tillyanorum fieret, & Senatores omnes, interqve hos Dn. J. G. Schn. captivi detinerentur, illisqve internecio minitaretur, prædicti uxor gravidida manus junctas intorqvendo, ſortem mariti anxia deplorabat. Filiolam poſtea enixa eſt pulcherrimam, jam viro nuptam, cui in ſingulis manibus ſaltem pollex & unicus digitus erat, reliqvi tres digiti magnitudine vix articulum digiti æqvabant, unguiculis tamen prædici erant.

Plura monſtrorum exempla qvi videre volet, adeat Ioh. Georgii Schenckii Monſtrorum hiſtoriam, qvam ego plus qvam octoginta exemplis auctiorem reddidi.

Miſerta tamen miſerarum fæmellarum

Natura

Natura; talia proſtare voluit, ex uberrimo ejus penu depromenda, qvæ aut præcaverent, aut curarent prædicta Symptomata.

Inter innumera multus ſermo, famaqve vulgata eſt de Aëtite: de qvo qvid autores perſcripſerint aut obſervârint, breviter lubet annotare. Eſto igitur,

DE LAPIDE AETITE

CAP. I.

De nomine, nominis ratione & ſynonimis.

ÆTites, *Aëtites*, (qvem inter lapides minus nobiliores ſui generis refert C. Schwenckfelt. de foſſilib. Sileſiæ pag. 354. alii gemmis adſcribunt: ἀετίτης, λίθος ἀετίτης, ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, & Atticè αἰετοῦ, ab aqvilâ nomen habet; à qvâ Latinis etiam vocatur *Aqvilinus*, *Aqvilina*, *Aqvileus*.

Græci nominant eum *antarron*, inqvit Serapio Aggregator, de temp. Simplic. c. 392. Et expoſitio ejus eſt allevians partum.

Sed monente C. Geſnero l. 3. hiſtor. animal. fol. m. 182. vox apparet corrupta, fortè à Græcâ apud Dioſcoridem κατόκιον: eſt enim κατόκιον ἐμβρύων, hoc eſt, amuletum retinens fœtus.

Italis

Italis eſt *Aqvilina, pietra d' aqvila, pietra aquilina, etbite.*
Gallis, *pierre de l' aigle.*
Hiſpanis, *piedra de l' agla.*
Polonis, *Orloui Kamyen.*
Svecis, *Oernar Steen.*
Danis, *Hiörna Steen.*
Anglis, *Eagle Stone.*
Belgis, *Adeler Steen, Arentſteen.*
Germanis, Adler Stein.
Arabibus, *Hager-achtamach.* Serapio l. c.
Syris, *Abno dneſchre.*
Chaldæis, *Abno dineſchar*, vel *Abno deniſchra.*
Hebræis, *Æben hannoſchar.*

Erodialis etiam appellatur, juxta Encel. de lapidib. l. 3. c. 47. vel *Herodialis*: aut qvia Herodius aqvila eſt Germana & maxima, & tanqvam heros omnium avium Alberto Magno & Olao Magno, qvæ aliis Chryſaëtos dicitur & Girfalcus, aut qvia ἐρωδιὸς genus avis eſt, ciconia, vel ipſi ſimilis, juxta Suidam, qvæ etiã lapidem nido inferre dicitur: Qvamvis Philoſtratus illum in ciconiæ nido inventum, (ſi modò aliqvis inibi invenitur: juſſi enim à me, qvi ciconiarum nidos dejiciebant, diligenter inqvirere, nullum invenire potuerunt)

Lythnitum appellet; qvem nidis imponunt, qvaſi facem adhibentes, ut ova fœtum producant, & ſerpentes nidis non appropinqvent, ut aqvilæ Aëtiten. Geſner. hiſtor. animal. l. 3. fol. m. 264.

Nomen autem lapidi, de qvo agitur, ab avium reginâ, aqvilâ, datum, vel, 1. à colore aqvilæ candicante caudâ: Plin. l. 37. c. 11. vel 2. qvia in nidis aqvilæ reperitur. Plin. l. 10. c. 3. & l. 36. c. 21. Serapio, c. 392.

Ajunt binos inveniri, marem & fæminam, nec ſine iis parere aqvilas, & ideò binos tantùm. Plin. l. 36. c. 21.

Deportatur verò ab aqvilâ in nidum, aut tanqvam adverſus faſcinationis injuriam amuletum. Ælian. de animal. l. 1. c. 35.

Aut ut tempeſtivè, absqve labore & dolore, pariat, neqve per vim pulſo fœtu abortiat. Oppian. Serapio l. c.

Hic petit extremis Jovis armiger optimus oris
Gemmã, qvâ ſervat pignora qvæqve ſua.

S. Günther. hort. ſanitat. ſect. 5. t. 517.

Animalia ſalubritatem qvoqve morbis & remedia inveniunt. Aqvila Saxo, qvod aqvilinum vocant, ac utile partubus etiam continendis, R. Volaterran. comment. urb. l. 25. fol. m. 585. Aqvila dum ætite lapide ova excludit, partum hominis faciliorem reddere docu-

docuit. I. R. Camerar. ſyllog. memorab. med. cent. 6. partic. 54.

Aut ut nidus lapidis pondere depreſſus, ſtabilior, tutior & firmior ſit contra ventorum impetum, tempeſtatumqve violentiam. Horus in Hieroglyph. Gillius.

Sed qvalis depreſſio fieri poterit à lapidibus duobus (plures enim non dicuntur in nidum inferre) aliqvot drachmarum vel etiam unciarum?

Aut ad mitigandum calorem corporis & ovorum aqvilæ, qvæ tantoperè incaleſcunt, ac ſi bulliant. Albert. Magnus, Cæl. Rhodiginus antiq. lection. l. 13. c. 20. A. Preüel artif. hom. & mir. nat. in Chinâ & Europâ, c. 37. pag. 1041. 1042.

Qværq; ſonnat tepefacta ſub alite ſaxa.
Lucan. de bello civil. l. 6.

Sed cur partes vulpinæ pellis leporinæ-vè, aut molles calidosqve pilos animaliũ colligit, hisq; ova fovenda imponit, ſcribente ita Alberto Magno, & Olao Magno l. 19. c. 4. ſi refrigeriũ qværit & temperamentũ fervoris?

Aut ut formentur vel vivificentur ova. Sed lapides hi ovis nõ dabunt formã, nec vitã.

Aut ne frangantur ova. Ridiculũ! nam citius ad lapidẽ, qvã ad ſeipſa colliſa franguntur.

Aut ne ſerpentes, loca ſublimia adſcendentes, nidis approqvinqvent: hos enim fugere *gagaten*, ſcribit Strabo Geogr. l. 16. fol.

m. 496. qvamvis tale qvid etiam de Gagate bituminoſo, dicat Plin. l. 36. c. 19.

Qvod idem de Achate ſcribit Encel. l. 3. c. 30. Boët. à Boodt de lapidib. & gemmis, l. 2. c. 97. W. Gabelchover. in Baccii c. 10. defendentes hoc modo pullos contra animalium venenatorum morſus. Sed hi Achaten & Gagaten cum Aëtite confundunt.

Qværendum an ut gallinæ libentius & commodius pariunt, cum ovum (aut lapidem colore figurâqve ovo ſimilem) in nido habent, ſic aqvilæ lapidem oviformem in nidum ſuum deferant, cui fortè inter pariendum innixæ, enitantur commodius Geſner. hiſtor. animal. l. 3. fol. m. 175.

Sed nunqvam hoc accidere, ut ſcilicet in nido aqvilæ inveniatur, nec Dioſcoridem hoc ſenſiſſe, judicat A. M. Braſavol. exam. Simpl. pag. m. 750. Cui & ego, cum rationes jam allegatæ admodum ſint imbelles, pleræq; ridiculæ, & autores in aſſignandis cauſſis deportationis lapidis in nidum, ſint diſcordes, aſſentior. Præſertim cum D. Hieronymus in Eſaiæ c. 66. amethyſtum inter pullos aqvilæ reperiri, qvo omnia venena ſuperentur: alii herbam adjantum ab aqvilâ ob easdem rationes in nidum imponi tradant.

Qvod idem ex D. Hieronymo Stephan. Aqvæus, citante Aldrovando l. 3. ornitholog. f. 247.

f. 247. Geſner. l. 3. hiſtor. animal. f. m. 183. ex Textore, de iisdem lapidibus à vulture in nidum illatis ſcribit: Illud enim, qvod adferunt vultures ex Indico tractu, qvod eſt tanqvam nux, intus habens qvod moveatur, ſonumqve ſubinde reddat, nil aliud qvam Aëtites eſſe poteſt. Geſner. l. c. f. 785.

Grues etiam lapidem ovis ſuis interponunt, certâ ratione, ne ova corrumpantur. Hunc caſu inventum interponere ſolent: Forſan ſi occaſio daretur certi generis electuræ, Cardan. de rer. var. l. 7. c. 36.

Certo igitur certius eſt, in fluminibus, rivis, oceano ejusq; littore, agris, montibus, ſaxorumqve commiſſuris Aëtites inveniri, ſed qvi è nido aqvilæ ſe abſtuliſſe affirmaret, de bonis autoribus, & fide dignis viris, vidi audiviqve adhuc neminem.

Multò minus in aqvilarum nidis gignitur. V. Cordus in l. 5. Dioſcor. Hinc ferè ita ſcribunt; Ajunt binos inveniri, marem & fæminam. Plin. l. 36. c. 21. Ajunt in nidum Supportari. Scalig. comm. in Ariſtot. hiſtor. animal. l. 2. c. 18. t. 129. ab aqvilâ nomen habet, à qvibus ut multi ferunt, defertur, ad ovorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incubantur. Renod. mater medic. l. 2. c. 10. fertur Aëtiten in nidum ferre. B. à Boodt de lapid. & gemm. l. 2. c. 196. qvæ aqvi-

la, ut fertur, aliunde tranſportatos aëtites in nidum reponit. Muſæum Calceolar. ſect. 3. f. 318. aqvila ad partum promovendum utitur, ut qvidam credunt. Geſner. hiſtor. animal. l. 3. f. 785. Creditur aqvilam eum in nidum ferre. Sennert. Phyſic. l. 5. c. 4. Aetitæ ab aqvilis dicti, qvod in eorum nidis reperiri credantur. Geſner. de fig. lapid. pag. 10.

Tribus tamen primis & qvinto aqvilarum generi, à Plinio deſcriptis, ſaltem inædificari nido lapidem aëtiten, tradit idem Plinius l. 10. c. 3.

Qvi in ventre aqvilæ inveniri dicunt, ut Sextus, nimium errant: Guil. Lauremberg. tract. de Aetite: Qvi verò ex cerebro vel capite ejusdem eximi eundem ajunt, ſupra modum fallunt & falluntur. Error hic inde forſam natus eſt, qvod Kiranides, citante Geſnero hiſtor. animal. l. 4. f. m. 75. è capite aqvilæ piſcis lapidem eximi ſcribat. Qvod tamen itidem fabuloſum eſſe innuit Jonſton. hiſt. nat. de piſcib. l. 1. tit. 1. c. 3. artic. 3. puncto 3.

Aliqvi *Gagaten*, (Strabo Geograph. l. 16. fol. m. 496. juxta G. Lauremb. tr. de aëtite; Plin. l. 10. c. 3.) *Gagiten*, *Gangiten*, (ita in epitomis Strabonis haberi ſcribit Xylander. annot. in Strabonis l. c.) *Achaten*, *Echiten*, vel *Echiſtin* etiam hunc lapidem aëtiten vocant.

Sed

Sed veriſimile eſt, indoctos aëtiten in prædictas voculas mutaſſe, longè enim diverſi ſunt lapides. Geſner. hiſtor. animal. l. 3. f. m.175. & 183. *Echites* enim lapis eſt viperæ colore, Plin.l.37.c.11. Sol.c. 50. maculas habens vipereas Enc.l.3.c.38. Præterea Plinius ſeparatim & echitis & aëtitis meminit, ergo non ſunt idem. Encel. l. 3. c. 47. *Gagates* eſt inter bitumina vel lapides bituminoſos, ſuccinum nimirum nigrum: *Achatos* inter gemmas: *Gagites*, *gangitas* & *Echiſtis* venduntur in Utopiâ.

Guil. Lauremberg. tract. de Aëtite, B. 5. hanc nominum confuſſionem inde natam ſuſpicatur, qvod gravidis lapis conducat uterqvegagates & Aetites, hic femini alligatus, ille potu exhauſtus, partum reddat celerem ac facilem.

Camillo Leonardo, ſpeculo lapid. l. 2. c. 7. pag. 99. (ut augeret numerum vocularum Barbararum) eſt *Ethices* ſive *Endes*.

Lapis prægnans etiam appellatur, vel qvod intus, vel ut in utero, lapillũ alterum aut aliud qvid, tanqvam embryonem vel fœtum, incluſum habeat; vel qvod prægnantibus proſit.

Qvamvis autem prægnans vocetur, non tamen parit, qvod de qvibusdam lapidibus ex Theophraſto & Muciano Plinius l.36.c.

 38. &

18. & de Adamantibus Principis Ravaſtaſii S. Majol. dier. canicul. T. 1. colloq. 18. pag. 405. ex L. Vive in Auguſtin. de civit. Dei: & de Adamantibus Dominæ Heverenſis B. à Boodt l. 2. c. 3. ex Rueo: & de Adamante Anglico (de qvo etiam infra) fabulatores ſcribunt. Qvamvis vero non contrariari lapides parere, teſtibus ocularibus & experientiâ probare, imprimis de Lapponico Aëtite, nitatur Guil. Lauremberg. tract. de Aëtite, lit. E. per aliqvot pagellas.

Qvi ſeqvuntur lapides ex Plinio l. 37. c. 10. alii non ſunt, qvam Aëtitæ candidi. G. Agricola de nat. foſſil. l. 5. c. 17.

Pæantides (de qvibus etiam Solin. polyhiſt. c. 14.) qvia medentur parturientibus. Dicti videntur à Pæan vel Pæon, qvatenus medicus.

Gemonides, qvia prægnantes fiunt & parere dicuntur. An à geno, i. e. gigno, qvod genant ex ſe alios: aut qvod pariendo geminentur, ut ex uno duo fiant: aut qvod parturientium gemitum ſiſtant? Martin. in Lexico Etymolog. an qvaſi gamonides, à γάμος, nuptiæ, qvas plerunqve ſeqvitur partus?

Ciſſitæ, vel potius *Cyſſitæ*, candidi lapides, qvod videantur intus habere partum, qvi ſentiatur etiam ſtrepitu: Naſcuntur circa

Copton

Copton Ægypti Plin. l. 37. c. 10. à κύω, in utero fero, ſum prægnans: vel cyſſites, ab hederâ, cujus ſimiles in iis apparere fibras nonnulli autumant. G. Lauremb. l. c. lit. D. b.

Gaſidana, qvam Medi mittunt, coloris olorini, veluti floribus ſparſam, qvia concipere dicitur, & intra ſe partum fateri concuſſa: concipere autem trimeſtri ſpatio. Attamen de partu nulla mentio. Forſan Gaſidana vocatur qvaſi Chaſidana, ab Hebræo Chaſida, ciconia, qvæ etiam nido lapidem inferre dicitur.

B. à Boodt prædictos lapides inter ignotos refert: Ciſſiten tamen aëtitis putat eſſe ſpeciem.

Encel. l. 3. c. 61. pæantiden vel pæaniten, & gemmonidam, dicit eſſe granatum fœminam vel Gemmahuiden.

Eunoſius etiam aëtitis putatur ſpecies. B. à Boodt l. 2. c. 303.

Qvidam hanc *fabam (purgatricem* ſeu *cor D. Thomæ* dictam) aëtitis conſtituunt ſpeciem, qvod medulla in exſiccatis ſonitum excitet, ſi concutiatur, ut callimus in vero aëtite, & parturientibus opitulari volunt. Qvidam in marem & fæminam diſtribuunt, majorem marem & minorem fæminam appellantes; imò ſi ſimul conſerventur, parturire fæminam credunt. Sed magnam vim in

idiotis habet perſuaſio, Ol. Worm in Muſeo l. 2. c. 26. f. 198.

Præterea nimis abſurdum, vegetabile mineralis facere ſpeciem. De lapide *Oritorio* L. Dulcis, qvem intus reſonare dicit, vide B. à Boodt de l. & g. l. 2. c. 303.

Et tantum de nominibus aetitis.

CAP. II.

De Speciebus & differentiis aëtitis 1. à contentis, & de modo generationis aëtitarum.

PRæcipua aëtitis differentia eſt à contentis. Prægnans enim eſt vel lapillis, vel terrâ, vel arenâ, vel aqvâ.

Continetur nimirum in concavitate aëtitis *lapis, ſolutus & reliqvo corpore*, *Callimus*, (qvibusdam *Callaimus*, aliis *Callimius*:) dictus, qvi variat colore & duritie, aliqvando etiam ex parte translucens eſt & transparens, cryſtalli inſtar, ex parte colorem nubilum cæruleum oſtentat, qvandoqve niger eſt.

Et ſic *aëtites in ſpecie* dici meretur. Schwenckfeltio de foſſil. Sileſiæ l. 3. pag. 361. eſt *aëtites mas*. Guil. Laurembergio tr. de aëtite lit. D. 2. 3. *aëtites* ἔμψηφος à ψῆφος, lapillus. Glo-

Globus ille in aëtite, qvem vidit Val. Cordus ſylv. obſerv. fol. 219. erat candidiſſimus, friabili & valdè ſiccante luto, aridiſſimoqve conſtans. Rhaſis apud Serapionē de temp. ſimplic. c. 392. inſtar avellanæ, vergens ad albedinem.

Qvem ex meorum aëtitarum uno amygdali formem exemi, luteus eſt.

Miranda forma fuit Callimi, qvem deſcribit G. Fabric. apud Geſnerū de figur. lapid. p. 142. ſeqventibus verbis: Callimus hic ferè lupini eſt magnitudine, forma ejus rotunda & oblango, corpus partim pellucidum, ut cryſtalli: partim nebuloſum, ut Sarda, aut gemmæ qvam vocant huiæ. Inventus lapillus eſt in Geode grandi, qvi incluſos fluores varios habuit, ſed in medio jacuit ſeparatus: Ita ut argentum capillare aut in lapide aut in pyrite invenitur, qvaſi impoſitum ſit, & pars corporis integri non ſit. Igitur & forma & transluciditas & locus τῆς γενέσεως per ſe admirationem movent: Sed multò magis ſunt impreſſæ à naturâ imagines admirandæ. Ex unâ enim parte lapillus, in latus ſiniſtrum verſus, duas refert facies, & tertiæ veluti umbram: primam monacho ſimilem cum cucullo, alteram viro grandi imberbi, tertia, ut umbra non cognoſcitur. Verſus in latus dextrum, unā tantùm faciem habet priori nō diſſimilē, qvæ cucullata eſt; qvà vultū convertit, ea pars

lapil-

lapilli pellucet inſtar lunæ gibboſæ, ſeu (ut Lactantius) concavæ, qvæ Græcis ἀμφίκυρ-τος dicitur. Curavi autem includendum ejusmodi fundæ, qvæ in annulli ſupremò inverti poteſt, ita ut utrinqve conſiderari poſſint inſculptæ naturæ artificio imagines. Georg. Agricolæ deſcriptio in l. 5. foſſilium editionis poſterioris, paulò eſt alia. Verùm & ipſa converſo aliis modis lapillo, à vero aliena planè non apparet. Hanc in exiguo corpore varietatem nullus artifex ſatis expreſſerit. Hæc ille. Figura hujus callimi talis eſt, qvalis poſt Encelianum ſeqvitur. Aliâs καλλιμος apud Potas idem eſt qvod καλὸς: pulcher: qvod de Fabriciano verè dici poteſt.


Ad Albim invenitur aëtites prægnans candido ſilice duriſſimo, in cujus ſuperficie cellulæ ſunt, qvales habent apum favi. B. à Boodt l. 2. c. 200. ex Encelio, qvi etiam depingit l. 3. c. 47. ut & ex Encelio Geſner. de fig. lap. pag. 10. cum alio pilei formâ:

Rede Wiſchio Megapolenſis minimè ſplendens callimus, album ſilicem refert. G. Lauremb. tr. de Aët. lit. D. & D. 5.

Aut *lapilli in aëtite adhærent ad partem internam convexam cavitatis, nec ſunt liberi aut ſeparati: Ventri minerali*, vocantur à Ferr. Imperato dell' hiſtorie naturale l. 24. c. 19.

Sunt

Pag. 20.



BIBLIOTECA NAZIONALE · VN. III · V. EMANUELE

Sunt autem hi lapilli vel gemmei vel vulgares.

Gemmei in aëtitis Moteſchanis, genitis in Miſniâ ſub arce Moteſchâ, Motſchen/qvatuor milliaribus Lipſiâ diſtante Agric. de nat. foſſ. l. 5. c. 17. & l. 10. c. 22. P. Albin chronic. Miſnenſi metall. tit. 19. fol. 154. Et qvidem aut Amethyſtini. Kentmann. catalog. foſſil pag. 41.42.44.48. P. Albin. l. c. & tit. 18. fol. 143. & lapillos hos innatos jã inter amethyſtos refert Kentmañ. p. 48. jam inter fluores. p. 44. aut cryſtallini: (*ventri criſtallini*, F. Imperato l. c. & Muſæo Calceolariano fol. 326. dicti, ibidemqve depicti) Kenntmann. l. c. pag. 34. 35. P. Albin. l. c. L. Thurneiſſeri Piſon. l. 9. c. 40.

Talis eſt Matrix lapidea cava multis qvaſi cryſtallis acutis fæcunda, qvæ invenitur in agro Altorffino. Nob. & Excell. Dn. D. Maurit. Hoffmann/ in Floræ Altorffinæ deliciis Sylveſtribus, in lit. L.

Huc etiam pertinet aëttites Sckmalkaldicus, cryſtallorum puriſſimarum, vel pſeudoadamantum Schmalkaldicorum Sexangulorum parens: Subrotundus hic eſt, & in ſuperficie ruffeſcens. Hic invenitur in monte Hohlberg / propè dictum oppidum. Similis autem huic in Sylvæ Semanæ vel Thuringicæ loco, ad hujus radices, qvi vocatur die güldene Brück / non procul à Sulâ & Oberhoff/

hoff / & propè wendiſche Gera zur Burg / horâ unâ ab Ilmenau, in ditione Celſiſ.mi & Illuſtr.mi Principis Erneſti, Ducis Saxoniæ Gothani, duobus circiter milliaribus à Schmalkaldiâ diſtantibus. Includit has cryſtallos plærunqve Jaſpis impurus, variegatus, ex viridi & rubro.

Anglicus; de qvo ita Guil. Camden. Britanniæ pag. 171. Hinc ad Septentriones, qva decurrit Avona, præaltæ ſunt utrinqve rupes, qvas veluti de induſtriâ admolita eſt natura. Harum altera, qvæ ad ortum flumini imminet, Sancti Vincentii nomen habet, & adamantum adeò fecunda eſt, ut qvis modios inde impleat,; exiſtimationem verò copia apud noſtrates invidit. Nam præterqvam qvod colore translucido Indicos provocant, ita duritie ſolummodò cedunt. Qvod verò laterum ſexangulo vel qvadrangulo lævore à naturâ ipſâ turbinati ſint, magis admirandos puto. Altera verò rupes ad occiduam ripam etiam adamantum eſt ferax, qvos cavi & rufeſcentes ſilices (rubet enim hic terra) ceu fœtu gravidi in ſe mirâ naturæ ſolertiâ continent.

S. Majolus verò dier. canicular. T. 1. colloq. 18. pag. 406. de iiſdem hunc in modum; Qvin etiam ova ſua parere Adamantem au-

ctores

ctores aliqvi tradunt; nam juxta Briſtoliam in Angliâ littoris qvidam montes ac cautes Adamantum fertiles ſunt, adeò magnum in modum, ut naves onerariæ iis impleri poſſint: conglobati & orbicularibus ſilicibus incluſi effodiuntur, rufum colorem imitantur ii ſilices, fragiles & intra cavi, qvos ſi fregeris, ſtatim Adamantes pellucidi concavo ſeſe oculis offerunt, circum circa affixi, ut Adamantum ova gignere, ceu matrices, hi ſilices non ineptè dici poſſint. Ex Georgio Bruin.

De his videndus etiam, Cluſius in Garciæ ab Horto aromat. hiſtor. l. 1. c. 47.

Sileſiacus: de qvo Schvvenckfelt foſſil. Siles. l. 3 pag. 358. Aliqvando (loqvitur de Adamantibus Sileſiis) matriculâ ovi gallinacei & anſerini magnitudine includuntur.

Huc pertinent lapides illi Indici occidentales in provinciâ Rio della plata, de qvibus ita I. E. Nierenberg. Terreſtres qvoſdam globos (qvos *coccos* vocant) terra parit in occidentali Indiâ; ego dixerim illos *ova ſolis*. Creantur ſub terrâ: ad ſtatum tempus matureſcunt, tunc edito ingenti ſtrepitu diſrumpitur terra, & globus ſubſiliens, ſpargens in ipsâ fractione varias gemmas, qvibus infertus

deli-

delitebat amethyſtos,topazios,& alios lapides criſtallinos. Notus jam Indis gemitus ille parturientis humi. Statim qværunt, qvâ ſonus venerat, grandinem pretioſam. Aliqvando tamen accidit nullum pretioſum nucleum continere: hiſtoriæ naturæ l. 16. c. 1. Et ex hoc Jonſtonus: *Coccus Paraguayanorum (venter chryſtallinus, Ætites gemmata)* craſſi farciminis ſpecie, extra ex rubro impuro & albo miſtus, expolitus ejuſdem cũ optimo Chalcedonio coloris, & in meditullio vacuus. Spontè rumpitur vacuus,& ingentem crepitum edit: Notitiæ regni mineralis tit, 2. c. 4. artic. 2. p. 44. 45.

Vulgares lapilli continentur in aëtitis, qvos F. Imperat. l. c. *ventri marmorigni* vocat:

Ut Miſnenſibus, in montibus ad Salam ſitis, qvibus adhærent lapilli parvi & candidi, ac cryſtalli inſtar ſplendentes Agricola de nat. foſſil. l. 5. c. 17. P. Albin. l. c.

Miſnenſibus Moteſchanis, in qvibus fluores non pellucidi,imperfecti,in candido purpurantes,qvadranguli & ſexanguli. Kentmann. pag. 41. 42.

Suinfurtenſibus: qvi anno 1648. dum foſſæ ad exſtruenda propugnacula fierent, eruti fuerunt, foris tanqvam ochrâ (qvæ etiam, cum aliqvâ parte lapidis, uſtione & in aceto extinctione in colorem rubricæ mutatur) infecti,

com-

compreſſi ſeu dilatati, intus cavi, pugno aliqvi majores: lapilli verò in cavitate incluſi & parti convexæ adnati, etiamſi albi & inſtar ſaccahari candiſati, tamen non ita puri ut cryſtalli.

Hildesheimenſibus: qvibus perexigui lapilli inſunt ochrâ tincti. Agricola l. c.

Vel *continetur in concavitate aëtitis arena*; ut in Cyprio, Apulo, Germanicis nonnullis; qvi *aëtites Dioſcoridis, & Geodes improprie* dicitur, cum potius *aëtites ammites* appellandus ſit. Gu. Laurembergio eſt *aëtites* κρoκάλιος, à κροκάλη, arena littoralis.

Vel *continetur in concavitate aëtitis terra, marga ſeu argilla, eaq; aut candida*; ut in Miſnenſi ad Salam, (qvam qvidam pro morochtho, ſed falsò, habent, ut innuit P. Albin. l. c. tit. 19. f. 151.) Sileſio, Africano, Ægyptiaco, Anglico, Apulo meo: albo aut *flava inſtar ochra*; ut in Aldenbergio, Chemnicenſi, Sileſio, Bohemico: imò *ochra ipſa* qvandoq;, qvæ etiam in igne in rubricam mutatur. Fern. Imperat. hiſtor. natur. l. 24. c. 18. B. Paludan. in indice rerum natural. capſulâ 9. aut *crocea*, ut in Saxonico: aut *rubra*: aut *ſubpurpurea*, ut in Germanico apud B. Paludan. caps. 1. aut cærulea: aut *cinerea*, B. Paludan. caps 2. & meorum uno: aut *miniata* & *luteopallida*: de qvâ ita Dn. D. Maurit. Hoffmann. l. ſu-

pra c. Lapis miniatus in pollinem abiens, matrice pallido cinereâ durioris cruſtæ incluſus, aëtiten depreſſæ rotunditatis ſimulans, ſæpè luteo pallidam maſſam includens. An Geodes Anſelmi Boëtii de gemm. & lap. l. 2. c. 201. Ad molam Brettſhal.

Hicq; *Geodes, Gæodes*, γεώδης, γαιώδης, propriè vocatur, à γῆ, γαῖα, terrâ, qvam intra ſe complectitur. P. Ægineta l. 7. c. 3. Gæoden ex argumento appellant, qvoniam amplexus eſt terram. Plin. l. 36. c. 19. *Aëtites primus Plinii: Aëtites fæmina Schwenckfelti.* Poſſet commodiſſimè vocari *aëtites geodes*. Germanis eſt Erdſtein.

Atqve ex aëtitis prægnantibus qvidam in alvo habent terram ſimul & lapillos, ut interdum Hildeshemii: qvidam arenam ſimul & lapillos, ut Cyprii: & fortaſſis alii terram & arenam, alii terram, arenam, lapillum. Agric. de nat. foſſ. l. 5. c. 17. Illos, qvi arenam & lapidem ſimul fovent, κροκαλεῦς vocat G. Lauremberg. lit. D. 2.

Qvem ego ex meis colore exterius fuſcum, confregi, cum lapillo luteo amygdalam formâ exprimente, continebat terram luteam. Hunc *Hermaphroditum fœminam* vocaſſet G. Lauremberg. l. c.

Et hos aëtites, qvi duram qvamcunqve & ſo

& ſolidam in utero gerunt ſubſtantiam, ſivè illa ſit lapis; ſivè arena, ſivè ſabulum, ſivè argilla, σκιῤῥώδεις vocat Guil. Lauremberg. lit. D. 2.

Vel *continetur in concavitate aëtitis aqva*, qvi *Enhydros* vocatur, & ad aëtites qvoqve pertinet. Agricola l. c. Encel. l. 3. c. 47. cui eſt *tertia ſpecies aëtitis*.

Nomen habet ab ἐν, in, & ὕδωρ, aqva. Agicola Germanicè reddit Schuetterſtein / qvià aqva fluctuans auditur.

Camillo Leonardo l.c. pag. 100. Barbarè eſt E*tyndros*; Alberto *Etydros*; G. Laurembergio ὑδροφυής.

Et hic cum additione vocandus eſt lapis vel *aëtites enhydros*, ut diſtinguatur à cryſtallo enhydro, qvæ gemma; & ſuccino enhydro, qvod bitumen; & qvadrupede enhydro Ariſtotelis & Varini, qvæ lutra; vel enhydro Plinii, qvi Hydrus, de qvibus alio in loco agitur.

Hic lapis enhydros poſitus in loco calido ſudat, ut clauſam in eo putes fontanam ſcaturiginem. Solin. polyhiſt. c. 50. Hinc poëta Marbodeus Dactylothecæ c. 27.

Perpetui fletus, lachrymis deſtillat enydros,
Qvi velut ex pleni fontis ſcaturigine manant.

 Hujus

Hujus cauſa à philoſophis non ignoratur, (ait Camill. Leonard. l. c.) cum frigidiſſimus ſit, continuè aërem tangentem frigiditate ſuâ in aqvam convertit. Vide etiam M. Silvatic. Pandect. fol. 117.

Jonſton. thaumatograph. natur. claſſ. 4. c. 18. Cyprios aëtites aurum in ſe habere ſcribit: Sed qvo autore, me latet.

Horum autem aëtitarum alii concuſſi ſonat, ſivè lapillis, ſivè terrâ, ſivè arenâ, liberis tamen omnibus & ſolutis à reliqvo eorum corpore, gravidi ſint; Klapperſtein Germani vocant: Aqva in enhydro ad motum fluctuat, veluti in ovis liqvor: alii non ſonant, ut aëtites Moteſchani, Schmalkaldici & Suinfurteneſes, Thuringici, Miſeni ad Salam nati & Hildeshemii.

De his Zoroaſtrem in Geopon. citante Geſnero, locutum exiſtimo, dum ſcribit: aëtites duas naturas habet: alter rarus & inanis eſt, alter denſus ac ſolidus.

Qvamvis enim & alii gravidi ſint, ut lapis Megarenſis conchâ marinâ: Agric. de nat. foſſil. l. 7. c. 17. lapis tofaceus Miſnenſis conchis planis & turbinatis G. Fabric. annal. urb. Miſnæ, l. 3. P. Albin. Chron. Miſn. metall. tit. 21. pag. 164. Saxum arenarium candidum pectine conchâ: P. Albin. l. c. tit. 19. pag. 153. Saxum Vicentinum cochleis:

Fal-

Fallop. de foſſil. c. 9. terra Melitenſis gloſſopetra: M. Heberer. ſervit. Ægypt. l. 3. c. 16. pag. 436. Tophus Rabſchitzius ad fluvium Tribiſch, geodi ſimilis, terrâ vel margâ: P. Albin. l. c. tit. 21. pag. 164. ex Fabricio. ex belemnitis ſeu lapidibus lyncis, qvidam terra, qvidam alio belemnite, qvales plerumqve ſunt, qvi eruuntur è ferrifodinis montis piniferi, qvi à metallugis vocantur Steinmarck/ ſo in Bꝛiger Eiſenſtein wächſt. *Enorchides* ad aëtitas referre velle, mihi videtur nimis abſurdum.

Qvia tamen materia contenta nullum ſpatium intermedium relinqvit, ſed ita eam circumambit terra lapisvè, ut liberè moveri non poſſit, ideoqve neqve concuſſa ſonare: vel qvamvis & alii lapides absqve ſonitu cavi ſint, liqvor tamen ad internos parietes non ita concretus, ut in Motesſchanis, Sileſiacis, Anglicis, Schmalkaldicis, Hildesheimenſibus, Suinfurtenſibus, &c. ad aëtitas referri non poſſunt, nec debent, ſed de iis alio in loco, nempè inter ſaxa gravida agitur. Uſu namqve receptum eſt, ut ii tantùm vocent ut aëtites, vel qvi ſonant, vel qvi non ſonant, cavi tamen ſunt eo, qvo dictum, modo.

Qvod confirmat autoritas principis in cognitione mineralium & metallicorum, uni-

qve & ſine pari Germaniæ Ariſtotelis, (ut elogio hoc donatur ab Andr. Chiocco, Med. & Phil. Veronenſe Italo, in Muſæo Calceolariano f. 346.) G. Agricolæ, de naturâ foſſil. l. 5. c. 17. & l. 10. c. 22. eorumqve, qvi hunc ſeqvuntur, rerum naturalium ſolertiſſimorum indagatorum, Kentmanni in nommenclaturâ rerum foſſil. pag. 34. 35. 41. 42. 44. 48. P. Albini chron. Miſn. metall. tit. 19. pag. 154. & tit. 18. p. 143. G. Fabricii citante Geſnero de figur. lapid. pag. 142. ubi Geoden appellat, qvi fluores varios incluſos habuit: F. Imperati hiſtor. natur. l. 24. c. 19. Guil. Laurembergii tract. de Aëtite, D. 2.

Bitumine gravidorum, de qvibus Agricola de nat. foſſ. l. 5. c. 17. vel *oleo pragnantium*, qvorum meminit Alex ab Alexandro genial. dier. l. 5. c. 9. cum admodum rari ſint, in enumeratione aëtitarum etiam uulla apud Autores meritò ſit mentio: qvamvis G. Laurenberg. l. c. lit. D. 2. 3. hos inter *aëtitas* πιτἱωδεις numeret.

Secuti & lapidem cavum è fodinis ferrariis, Drüſen metallurgis vocatum, *aëtiten* nothum vocitat Schenckfelt l. c. pag. 362. Qvamvis enim qvidam ſint, qvi in cavitate loco aëris terram contineant, illa tamen non ſonat, ſed eâ cavitas arctiſſimè infarcta eſt.

Qvod

Qvod contingit geodi à Cæſalpino deſcripto l. 2.c.47. his verbis: In eisdem locis (nempè collibus ſabuloſis & argilloſis propè Levanem, qva tenditur Aretium) reperitur & lapis geodes candidus, figurâ oblongâ, utrinqve acuminatâ, ſpecie ſtercoris canini, videtur ex argillâ parum addenſatâ conſtare, ſi frangatur, & plenus reperitur ex eâdem ſubſtantiâ per cruſtas aggregatâ, friabili, inſtar bezaar: Hunc fortè qvidam acceperunt pro *bezaar foſſili in Ægypto*. Plinius *Aëtiten fœminam* non abſimilem tradidit in Africa naſcentem. *Geodes* hic non ab re dici poteſt, qvia argilla qvædam videtur lapidoſa. Hæc ille.

Hic haut abs re *Gæodes Oſtecollæ facie* appellaretur. G. Lauremberg. l. c.

Talem, ſed colore luteum, cum argillâ incluſâ luteâ, habeo à Nobiliſſ. & Excellent. D. D. Guernero Rolfinck, Profeſſ. Medico Jenenſe, &c. qvi ex Italia attulit.

Sed hunc ego, cum concuſſus non ſonet, itidem geodem nothum dici poſſe puto.

Ita vena ferri concava, qvalem è ferrifodinis propè Langkhemium Franconiæ (id nomen Monaſterio eſt) erutam ſervo, in ſeparatis cavitatibus terram al-

bam, luteam, rubram amplectitur; ob id tamen non eſt geodes.

Generatio eorum qvi ſonant: talis eſt: Materiæ pars interior ab exteriori, aut calore cocta mox dividitur, aut aliqvo poſt temporis ſpacio diſcedit, non ſecus ac areſactæ nucis avellanæ nucleus à putamine. Qvod ſi fuerit ſuccus vel lutum tenax, abit etiam ipſa pars interior in lapidem: qvo modo gignitur aëtites: ſi lutum non tenax, vertitur in terram, plerumqve argillaceam, ut cernere licet in geode. Agricola de ortu & cauſ. ſubterraneor. l. 4. c. ult.

Circum lapillum jam confectum offudit ſeſe materia ab illo ſeparata: qvæ poſtea induratæ præbet uteri prægnantis ſpeciem. Scalig. exercit. 102. t. 2.

De modo generationis ita Geſnerus: Eadem, ut conjicio, generatur cum argillæ exiguæ maſſæ (poſſunt autem in aqvis & fluviis volutatione offenſioneqve tum dividi in exiguas partes, tùm in figuram rotundam redigi) per ſuperficiem frigore indurantur: aut forſitan etiam calore, ſive ſolis, ſivè ex terrâ ſubeunte, vel temporis diuturnitate. Exiccatis autem exterioribus & in cruſtam converſis, tanqvam in ovi generatione, interiora molliora manent, & humiditatem ſuam conſervant, ut qvæ per cruſtam nimis

den-

denſam evaporare non poſſit. Quod ſi fortuitò maſſula non merâ argillâ conſtet, ſed lapillum arenaſvè contineat, ea qvoqve in medio relinqvuntur, cruſtâ ambiente propter exiccationem ſe contrahente, minusqve loci occupante: qvare ſpatium aliqvod inane relinqvitur, unde ſonitus. Hactenus Geſner. hiſtor. animal. l. 3. fol. m. 182. 183.

Sin verò ſuccus incluſus fuerit liqvidior, præſertim lapideſcens, exiccatâ vel evaporatâ parte tenuiore reliqva cryſtalliſari (ut loqvuntur Chymici) apta, ad latera interna corticis lapidis ſuis radicibus concreſcit, ità ut puncta lapillorum vacuum vel centrum aſpiciant, ſicut ſaccharum candum ad latera vaſis coagulatur: qvæ adhæreſcentia poſtea facit, ut non ſonet ejuſmodi aëtites.

Sin ſuccus tenuis vel aqva, liqvor manet interdum, qvi ad motum fluctuat in enhydro, ut in ovis liqvor. Plin. l. 37. c. 11. Agricola l. c.

Joh. Joachim. Becher äetiten ex aqvâ ſulphureâ coagulatâ generari dicit; Metullurgiæ part. 1. pag. 5. Ante hunc lapidum generationem aqvæ adſcripſit Athanas. Kircherus itin. exſtat. 11. dialog. 1. c. 1. pag. 25. & ſeqq.

Lubet ſub finem hujus primæ differentiæ huc repetere verba I. C. Scaligeri comment. in l. 1. de plantis Ariſtot. fol. 14. Cæterum, inqvit ille, in hâc vulgatiſſimâ re non vulgaris eſt difficultas. Auditur intus lapilli motus à ſono. Auditionis igitur facultas afficitur ſpecie non materiali. Non enim exire poteſt aër inde, qvi ſeſe in aurem inſinuet. Et illa maxima ſubtilitas. Sonus ab auditu percipitur, neqve propterea tamen, qvid rei ſonus ſit, ab eo cognoſcitur.

CAP. III.

De Aëtitis differentiis 2. à loco natali: 3. à figurâ: 4. à colore: 5. à ſuperficie: 6. à magnitudine.

DIfferunt II. aëtitæ à loco ubi inveniuntur: in nidis enim aqvilarum reperiri, fabulas eſſe diximus.

Diſtinguuntur igitur in orientales, occidentales & ſeptentrionales.

Orientales ſunt Arabici, (aëtitæ mares Plinio l. 36. c. 21.)

Cyprii, Africani, (aëtitæ fœminæ Plinio

nio l. c.) ad Euphratem fluvium Parthiæ, Chryſſerm. apud Stobæum. Ex Armeniæ etjam Alexandriam, poſt Venetias feruntur. A. Muſa Braſavol. exam. ſimplic. pag.m.750. ubi & ego ab Armeno qvodam tales emi. In fluminibus Taphiuſium, juxta Leucaden in Taphiuſiâ inveniri, dicit Plin. l. c.

Occidentales ſunt Germanici, qvi inveniuntur propè Hildeshemium, Dresdam, Chemnicium Saxoniæ; propè Goldbergam & pagum Smotſſeiffen territorii Leobergenſis Sileſiæ; Schenckfelt de foſſil. Sil. pag. 362, propè Altorffium Norici; Dn. D. M. Hoffmann. l. c. in Marchiâ Brandenburgicâ Electorali; J. Blaeu Atlantis novi part. 1. Germaniæ fol. 7. Megapoli in pago Redewich, duobus milliaribus Roſtochio diſtante; G. Lauremberg.* de Aëtite lit. B.6. Styriâ; Carinthiâ; ad Albim, Salam, Boberum, fluvios; in torrentibus, decedente aqvâ; in litore maris Bohemici propè Pilſam. B. à Boodt de lap. & gemm. l. 2. c. 197.

Anglici in cretaceis ejusdem inſulæ montibus. B. Paludan. indic. rer. natural. caps. 9. intiner. Würtenb. Cellii.

Italici reperiuntur in Apuliæ monte Gargano, hodiè monte di S. Angelo dicto, & in Avennino. A. M. Braſavol. l. c. F. Imperat. hiſt. nat. l. 24. c. 18. in agro Veronenſi: Muſæum Calceolar. ſect. 3. fol. 321. 323.

Septen-

Septentrionales ſunt Lapponici parientes, qvi in nidis aqvilarum in Lapplandiâ inveniuntur, & à Lapponibus incantationibus ſuis eò adiguntur aqvilæ, ut ante pedes conjurantium ultrò lapides deponant: de qvibus fusè Guil. Lauremberg. tract. de Aëtite, lit. E.

Enhydros invenitur etiam in diſtrictu Veronenſi. Muſ. Calceolar. ſect. 3. fol. 324.

III. Aëtitarum differentia ſumitur *à figurâ:* Sunt enim vel rotundi ſeu globoſi, qvales Arabici, Africani, Taphiuſius, Moteſchani, Schmalkaldici, Thuringici, Aldenburgii, Anglici, Sileſiaci, Germanici geodes, Veronenſes, Apuli ex Gargano.

Qvos à D. Johanne Oberndorffero Ratisbonâ accepit Calceolarius, pugno majores geodes, rotunditatis adeò abſolutæ fuerunt, ut bombardis explodendis uſui eſſe poſſent. Muſæ. Calceolar. ſect. 3. Enhydros exactæ rotunditatis eſt. Plin. l. 37. c. 11.

Vel ovales, qvales Redewiſchio Megapolitani:

Vel dilatati ſeu compreſſi, aut depreſſæ rotunditatis, qvales Cyprii, Aldenburgii, Suinfurteneſes:

Vel oblongi ſeu acuti, qvales utrinqve acuminati, ſpecie ſtercoris canini, qvi oriuntur in collibus propè Levanem, qvà tenditur

Are-

Aretium. Cæſalpin. l. 2. c. 47. in antro illo vel cryptâ, Teuffelsgruben/ propè Altorffium. Dn. D. Maur. Hoffmann. l. c.

Cuneiformem habet Paludanus: in acutum deſinentem, idem Paludanus: Geodem duplicem variè intortum, deſinentem in formam dentis eqvini, idem:

Vel angulati, qvalis eſt triangularis, apud B. Paludanum & B. Beſlerum: qvadrangularis apud Geſner. hiſtor. animal. l. 3. f. m. 182. V. Cordum ſylvâ obſervat. f. 219. qvadrangularis in qvo callimus amygdaloformis, & pyramidalis, ſunt in meo Muſæo.

Vel malum perſicum, melonem puſillum, nucem, caſtaneam referentes, ſcribente G. Laurembergio.

Reperiuntur & glebæ inſtar panis, plures aëtitas in ſe continentes: Qvædam ſolidæ intra cruſtam ferrugineam & aſperam farctos lapides multos continet & cretam molliſſimam: aliqvando eâdem cruſtâ interſectos nullo inani ſpatio. Cæſalpin. l. c. Qvod absqve dubio deſumſit ex Fern. Imperato dell' hiſtor. natur. l. 24. c. 18. ubi tales ita deſcribit: Se ne ritrovano alcune grandi di piu concavità, ſeparate l'una dell' altera, come auuiene nelliova di piu torti, & auuiene ſpeſſo ancoin qveſte, che ſiano piu tuniche,

de

de qvali l' una contenga l' altera, che è l' eſſer gravide di altre gravide.

Aëtiten verò gravidum, qvi iterum alium in ſe continet, & hoc modo dupliciter gravidum, habet & depingit idem F. Imperat. l. c. c. 19. de qvo ita c. 18. altre ſono doppie, cioè gravide di altre gravide.

Aëtites duplicatus Africanus depingitur à B. Beslerò in faſciculo rariorum. Sed hic in diverſis locis gravidus eſt. Geodes meus ſonans, qvem ego aperùi, tres ſeparatas habet cavitates, in qvarum unâ argilla eſt cinerei, in alterâ flavi, in tertiâ ſubpurpurei coloris.

IV. Differentia aëtitis deſumitur *à colore*. Eſt enim vel *albus*, ut Taphiuſius, Apulus è Gargano, Enhydros: (qvi colore eſt ſimilis cryſtallo. M. Silvatic. Pandectar, f. 117.) vel *cinereus*, ut Apulus: vel *pallido cinereus*, ut Altorffio Noricus: vel *pullus ſeu fuſcus*: vel *pullus nigricans*, ut Miſnicus, non longè ab Aldenburgo repertus, Ægyptiacus, Luſitanicus: vel *colore rubiginis ſeu ochræ*, ut Geodes, aëtites Apulus, Veronenſis, Hildeshemius, Moteſchanus, Suinfurtenſis, pleriqve: vel *rutilus*: vel *ſubrutilus*, ut Arabicus; Plin. l. 36. c. 21. vel *rubeus*, ut Schmalkaldicus, Thuringicus, Anglicus: vel *ex rubro impuro albus*, ut Paraguayno Americanus: vel *niger*, qvi humore madefactus

factus tingit inſtar ſtibii. Fern. Imperat. l. c.

V. A *ſuperficie*, ſunt *vel leves ſeu glabri*, ſicut Enhydros, & qvidam ex Gargano Apuliæ, & Redewiſchio Megapolitanus; qvorum glabrorum qvidam verrucas nonnullas, apophyſes & gibbos habent, varias exprimentes figuras & ſignaturas: *vel aſperi ſeu ſcabri* ex arenâ craſſiore vel ſilicum particulis, ſicut Miſenus ad Salam, Italicus è monte Gargano (Fern. Imperato l. c. c. 18. Aqvilina arenara ò arenoſa) aliiqve qvam plurimi.

VI. Differentia eſt *à magnitudine*. Orientales vel aëtitæ in ſpecie dicti, Africani aut Apuli etiam, rarò pruni aut Armeniaci mali magnitudinem ſuperant: Germanici pugni magnitudinem ſæpe æqvant, aliqvando ſuperant: Moteſchani maximi. Agric. de nat. foſſil. l. 5. c. 17. Geoden magnitudine ovi ſtruthionis habet Kentmann. pag. 35. grandem pilæ minoris magnitudine, Apulum vidit Val. Cordus ſylv. obſervat. fol. 219. A Baccius de gemmis c. 38. aliis mali Punici: aliis Melonis magnitudinem eſſe ſcribit.

CAP.

CAP. IV.

De differentiis aëtitis 7. à conſiſtentiâ: 8. ab odore: 9. à ſapore.

VII. *A conſiſtentiâ:* Aliqvi duri ſunt, adeò ut percuſſi cum chalybe ignis ſcintillulas emittant, ut Arabici, Apuli ſubcandidi, Miſeni, Redewiſchenſes Megapolitani, Thuringici; qvos mares vel maſculos, præprimis qvatuor priores, nominant (vid. Fern. Imper. hiſt. nat. l. 24. c. 18.) aliqvi molles & friabiles, ut Cyprii, Africani, & ex Apulis qvidam, albi, cretacei, qvos fœminas vocant.

VIII. *Ab odore:* Qvidam odorati ſunt, qvidam inodori. Violam vel iridem Illyricam olet geodes Aldenbergicus & Lauenſteinius. Agric. de nat. foſſil. l. 1. c. 5. & l. 5. c. 17. & de ortu & cauſ. ſubterran. l. 4. c. 15. P. Albin. l. c. tit. 19. pag. 154. 156. idqve vel à muſco adhærente; illo enim abraſo, abit odor. Agric. ll. cc. Cardan. ſubtil. l. 6. P. Albin. l. c. pag. 154. vel terrâ in geode incluſâ. Agric. de ort. & cauſ. ſubterr. l. 4. c. 15. P. Albinus l. c.

IX. *A ſapore:* pleriqve adſtringentem habent, & eundem fermè cum terrâ ſigillata.

Hacte-

Hactenus de differentiis aëtis: jam de viribus ejuſdem.

CAP. V.

De viribus aëtitis veris.

DE viribus qvi ſcripſerunt, multa promittunt vana, qvæ non ſolùm medicinæ, ſed & naturæ limites egrediuntur. Cæſalpin. l. c.

Præcipua vis, qvæ aëtiti adſcribitur, eſt, qvod *ſterilitati medeatur, fœtum retineat, partum promoveat, ſecundinas educat, lochia cieat.*

Ut fœminis, lubricum uterum habentibus, *vim concipiendi* adferat, aut pectori aut brachio alligetur eâ parte, qvâ à corde verſus digitum annularem arteria decurrit. Mizald. memorabil. cent. 6. §. 88. ex Lemnio; hic ex Dioſcori deqvædam.

Ut *fœtum retineat*, & *ab abortu præſervet*, aut è collo ſuſpenſus geſtatur, aut ſub aliis, aut brachio ſiniſtro, inter mammas, aut ventriculo, vel nudus, vel corio vitulino (pelliculæ ſacrificatorum animalium. Plin. 36. c. 21.) involutus; ut verò partum absqve dolore promoveat, femori ſiniſtro, non procul ab oſſe pubis, alligatur.

Dioſcorid. l. 5. c 118.

Galen. euporiſt. l. 2. c. 47
Aëtius tetrabibl. 1. ſ. 2.c. 32.
Serapio. c. 392.
Plinius. l. 36. c. 21.
Erotis de paſſion. mul. c. 17.
N. Rocheus de morb. mul. cur. c. 29.
Guainer. de ægrit. matricis. c. 35.
G. Agricola de natur. foſſil. l. 1. c. 12.
Ulyſſ. Aldrovandus Ornitholog. l. 1. ſ. 36.
Chriſtoph. à Vega art. medic. l. 3. ſ. 10. c. 21
Euſtach. Rudius art. med. l. 2. c. 60.
Alexand. Benedict. l. 25. c. 3.
Fr. Rueus de gemmis l. 2. c. 23.
Guil. Varignana ſecret. medic. tract. 16. ſerm. 1. c. 3.
J. M. Gradius in 9. Rhaſis c. 24.
P. Bayrus Practic. l. 15. c. 7. & 9.
Dom. Leon. art. med. l. 6. ſ. 3. c. 14. & 15.
D. A. Altimar. Prax. c. 114.
A. Maſſaria Pract. l. 4. c. 11.
H. Mercurial. T. 1. conſ. 101.
Chr. Guarinon. conſ. 14.
Hucher. de ſteril. utr. ſexus. l. 3. p. 584.
J. C. Claudin. reſp. med. 34.
H. Capivace. pract. l. 4. c. 6.
Foreſtus l. 28. ſchol. obſ. 73.
B. Ronſſejus de human. vitæ primord c. 18. pag. 105.
F. Plater. Prax. T. 3. l. 2. c. 1. pag. m. 484 & obſ. l. 3. pag. 700.

N. Pi

N. Piſo de morb. cogn. & curat. l. 3. c. 55.

J. Renodæus de mater. medic. l. 2. c. 10. & Inſtit. pharmac. l. 1. c. 12.

Joël Pract. T. 4. l. 8. ſ. 4. pag. 290. 297.

D. Fontanon. Pract. l. 3 c. 29.

Rod. à Caſtro de morb. mulier. l. 4. c. 6.

J. E. Burggrav. Achill. Panopl. rediviv. pag. 100.

G. Smoll. manual. rer. admir. c. 18.

D. Sennert. Pract. l. 4. part. 2. ſ. 6. c. 2. & 4.

C. Meürer. in regim. peſtis pro gravidis pag. 24. 25.

Ol. Worm. in Muſeo l. 1. ſ. 2. c. 12. ſ. 78.

Guil. Lauremberg. tract. de Ætite.

J. Zvvelfer animadvers. in Pharmacop. Auguſtan. ſ. 419.

Theatrum Sympathetic. pag. 262.

Aliâs ab Exc. Dnn. Becher. & D. Tinctor. Doctoribus olim meis, etiam poſt fata colendiſſimis, latente qvâdam ratione & ſpecificâ proprietate, cum aliis ad partum freqventi uſu feliciter lapis iſte adhibitus fuit ex literis N. & Exc. D. D. Graba ad Dn. D. Fehr. de dato 10. Auguſt. 1662.

Anno 1656. Vilnæ Lithu. nobilis fæmina parturiens difficulter, omnibus fruſtra adhibitis, applicato ætite, mortuum tandem fœtum ex nimiis laboribus, matrem tamen liberabat incolumem. Idê A. 55 Reginæ Polon. accidit, vocato è Galliis medico Gvil. de Carreu. Nuper 6.

Julii & hîc feliciter in parturiente, & jam 16. difficulter laborante dies, Ego ſuaſi adhibere præter omne ſpem 17. nocte liberatur miſera jam ab obſtetrice relicta. Nob. & Exc. Dn. D. J. J. Witrigius in literis ad me Erffurti datis 12. 22. Aug. 1662.

Continet hic alium prægnantis more lapillũ,
Creditur ergo potens prægnantibus auxiliari
Ne vel abortium faciant, partuve laborent.
Appenſus lævo ſolito de more lacerto.

Marbodeus.

Creditur iſte lapis prægnantibus auxiliari,
Neu vel abortivos gignere certè qveant.

Güntherus.

Qvo prædicto applicationis modo obſervato, qvid facilius eſt reſpondere A. Mundellæ, qvi epiſt. 4. contradictionis arguere vult Plinium & Serapionem, qvod ille partus cuſtodire, hic accelerare ſcripſerit?

Trahere enim legitimo modo applicatum, ad ſe partum, præter teſtimonia jam citatorum medicorum, experientiâ etiam clarum notumqve eſt.

Scribit L. Lemnius de occult. natur. mirac. l. 4. c. 12. Heroinam qvandam toto geſtandi ulteri decurſu, hoc à collo geſtamine, commodâ valetudine uſam eſſe, partuqve inſtante, gemmam adimere atqve à pectore amovere neglexiſſe, ſenſiſſe ilicò pariendi diffi-

ficultatem, infantemqve tardius deſilire, detractâ à collo aëtite gemmâ, eaqve admotâ femori, internâ parte, non procul â pube, levem placidumqve partum conſeqvutum eſſe.

Sylvius meth. med. comp. l. 1. pag. 176. id uſu qvotidiano probatum Gallis eſſe, ſurſum alligantibus, ſcribit: cum verò partum juvare volunt; fœminibus adhibent, tanqvam fœtum ad ſe trahat, ubi ubi fuerit.

Hinc Colerus Oeconom. l. 19. c. 79. & l. 20. c. 21. ſcribit, in hunc uſum in curiis qvorundam locorum (ut Francofurti ad Oderam) aſſervari aëtiten, qvem tempore neceſſitatis parturientibus commodent.

Proinde ſi partus exciderit, ſtatim amovendus lapis, ne matrix etiam excidat. Plin. l. 36. c. 21. ut Fr. Valleriola teſte l. 1. obſ. 10. Valentiæ conjugi Ponſoni Jouberti contigit, qvæ oblivioni tradens lapidem femori alligatùm, elapſâ matrice poſt paucas horas extincta eſt. Hanc hiſtoriam etiam habet I. R. Camerar. ſyllog. memorab. med. cent. 4. partic. 35. In eundem finem etiam externè uſurpatur in ceratis vel emplaſtris abortum præcaventibus. H. Mercurial. T. 1. conſil. 101.

Et vim hanc continendi partus etiam in qvadrupedibus exercere aëtiten, ſcribit Plin. l. 36. c. 21. Et hoc idem facit omnibus ani-

malibus, qvando ſupponitur illis in horâ partus Serapio c, 392.

Ut *ſecundinas remorantes promoveat*, partibus inferioribus adaptandus. Mulieres Turcicæ manibus prius calefactum, umbilico admovent. Inter medicamenta ſecundinam pellentia etiam aëtité enumerat Reineccer. theſaur. Chym. l. 4. pag. 124.

Ut *lochia* (qvæ ſuppreſſa puerperam malè habent, & ſævis ſolent eſſe fœta Symptomatis) *cieat*, pulvis aëtitis poſt partum exhibendus; purgationes enim puerperiales mirabiliter promovet. Teſoro dello gioie, trallato curioſo c. 61. pag. 201.

Hinc Mynſicht aëtitis nucleum interiorem voluit locum habere in aqvâ Dominarum, qvæ partum facilitat, fœtum mortuum & ſecundinas ſine morâ expellit. Theſ. & Armam. Medico Chym. ſect. 19. pag. 323.

Sed vim hanc abortum nimirum præcavendi & partum promovendi, tantùm nido direptis tribuit Plin. l. 10. c. 3. Sed, ſi in nido nunqvam fuerunt?

In genere verò vires tam dictæ, qvam dicendæ, aëtiti ſonanti adſcribuntur, præſertim mari.

Vires autem has attrahandi facultate, præſtare cenſet L. Lemnius de occult. nat. mir. l. 4.

l. 4. c. 12. eâdem, qvâ magnes ferrum, Gagates &. ſuccinum feſtucas ac paleas allicit: qvod nemini abſurdum videri debet, cum uterus exqviſitâ ſentiendi vi polleat, atqve rebus odoriferis ita afficiatur, ut ſi eas naribus admoveri contingat, aſſiliat ac ſurſum enitatur, adeò ut ſuffocatio mulierculis ac virgunculis maturis immineat, niſi confeſtim amoveantur, & infernis pudendisqve partibus applicentur: properè enim deorſum retrahitur ac reſilire incipit.

Crollius de ſignatur. pag. 30. Qvercetan. de ſimpl. ſign. ext. pag. 81. 82. J. D. Mylius antidotar. medicochym. l. 1. c. 6. pag. 62. 73. ob ſignaturam, qvam habet hic lapis cum fœtu in utero, omnia hæc accidere ſibi perſuadent, cum demum multa experientia illud confirmarit.

Schenckius filius obſerv. medic. l. 4. fol. m. 648. ita: Aëtitem non ob elementarem craſin partum facilitare probo eqvidem: minus illud qvod à totâ ſubſtantiâ, qvam alii occultam proprietatem indigitant. Qvæ enim eſt illa indigna Philoſopho cæca facultas? Qvare ſi qvid hic confert aëtites, ut confert maximè, id omne atqve totum non elementis paſſivis, ſed principiis hypoſtaticis activis internis debetur. Nec eſt ulla conſtans vel facultas vel proprietas, virtus & dynamis, qvæ non in principiis activis depræhendatur. Principia

verò ætherea ſunt: elementa ſublunaria. Faceſſant hinc, qvi in elementis, atomis, ſpiritibus harmoniacis, occultâ cæcâ proprietate, ſimilibusqve præclaras rerum ab indito per λόγον ſpermaticum, virtutes & facultates inveſtigant.

Marſil. Ficin. de vitâ cælitus comparandâ l. 3. c. 12. virtutes has occultas aëtiti à ſtellis eſſe ſeqq. verbis innuit: Lapis aëtites vel aqvilinus habet à Lucinâ, id eſt, Venere atqve lunâ, ut admotus vulvæ, partum mox & facillimè citet. Qvod Raſis confirmante Serapione freqventer ſe dicit expertum.

Huic ſententiæ aſſenſum absqve dubio præberet Conciliator differ. 101. Autor occultæ Philoſophiæ l. 1. c. 33. R. Goclen. junior Synarthroſ. Magnet. pag. 102.

Ego puto, (ſcribit ad me Dn. D. Wittigius) propter formalitatem ejus intrinſecam Archeum ſeu ſpiritum uteri connatum roborare, qvare & citò enixo fœtu amovendus, ne uterum prorſus extrahat.

Proprietate tamen occultâ agere, ſtatuit Agricola de nat. foſſ. l. 1. c. 12. & pleriqve ex autoribus ſupra allegatis.

Hanc tamen non admittit Sanctor Sanctorius meth. vitand. error. l. 8. c. 11.

Cæterum omnem vim fidemqve lapidi hui

huic detrahere vult Geſner. l. 3. hiſtor. animal. fol. m. 183.184. ſeqventibus verbis: Apud nos aliqvi in hunc uſum hoc genus lapidum vel rude, vel cruſtâ ſuperiore demptâ complanatum, argento includunt, ut ad qvamqve corporis partem alligari commodè poſſit: qvaſi verò vis certa huic lapidi inſit fœtum ad ſeſe attrahendi, ut magneti ferrū. Atqvi experimentis etiam hâc in re non videtur fides habenda. Qvicqvid enim appenderis parturienti, inſtantibus jam doloribus partus, & utero nitente, naturâqve movente fœtum, utplurimum paulò poſt pariet mulier: non minus fortè qvam aliud qvodcunqve à naturâ excernitur, ſi jam maturum ſit, ac niſus partis excernentis accedat, utplurimum procedet, niſi nimium infirma & debilitata ſit natura. Scio animum & fiduciam nonnihil præſtare: Sed hic verbis potius, ſpe & conſolatione plenis & religione confirmari, atqve in Deum dirigi debet, non in phylacteriis & amuletis hærere, ne per ſimplicem in illa fiduciam idololatria committatur. Conatur enim dæmon ut per alios innummeros dolos, ſic præcipuè per magiam, qvæ verbis & amuletis vires mirificas tribuit, mentes hominum à Deo abſtrahere, hanc interim non magiam, ſed creatæ à Deo creaturæ vim eſſe aſſerens. Scio etiam occul-

occultas rerum eſſe facultates, qvalis eſt magnetis in attrahendo ferro. Sed in illis, cum ex primis aut ſecundis qvalitatibus (ut Phyſici & medici vocant) cauſas cur qvidqve fiat reddere neqveamus, unam habemus comuniſſimã, nempè totius ſubſtantiæ ſimilitudinẽ aut diſſimilitudinẽ. ὡς ἀεί τὸ ὅμοιον ἄγει φύσις εἰς τὸ ὅμοιον. Qvænã verò ſubſtantiæ ſimilitudo, qvæ vera ſympathia lapidis ad fœtum in utero fuerit? An qvod ſimiliter aliqvid incluſum intra ſe geſtat, qvod concepiſſe, qvoqve veluti gravidus lapis videtur, ſicut uterum fœtus? Sed ficta hujuſmodi inter ſe rerum ſimilitudo innumeras nobis ſuperſtitiones peperit. Atqvi magis fermè ridiculum eſt hanc facere ſimilitudinem ſecundum ſubſtantiam, atqve animal pictum ejuſdem ſubſtantiæ cum vivo aſſerere. Hæc Geſnerus.

Nos ſuperioribus diebus periculum aëtitæ in parturiente facientes, nihil juvamenti obtinuimus, ait Amatus Luſitanus citante Geſnero.

Partum accelerare femori adalligatum vulgi perſuaſio, inqvit Schvvenckfelt, foſſil. Siles. l. 3. pag. 362

Parum etiam vel nihil huic, ut amuleto tribuere videtur A. Dudithius epiſtolâ ad Scholzium 3. A. Maſſaria pract. l. 4. c. 12. S. Sanctor. meth. vitand. error. l 8. c. 11.

Sed

Sed experientiæ & Teſtimoniis tot tantorumqve, qvos ſupra nominavi, virorum, nolim ego in totum contradicere, autoritates autoritatibus & experientiam experientiæ opponens.

Amati Luſitani libri, qvum multijugis mendis & erroribus ſint referti, homini non usqve adeò vera narranti fides etiam in hoc experimento meritò denegatur. Guil. Lauremberg. de Aëtite F. 6. F. 7.

Hoc tamen affirmare auſim, non cuicunqve partus difficultati opitulari poſſe. Cum enim hæc vel naturalis ſit vel præter-naturalis, illi magis (neqve tamen illius cauſſis ſingulis) qvam huic auxiliari cenſeo. Sicuti nec abortum à cauſsâ violentâ, ut ictu, caſu, &c. præcavere poſſe puto.

Habent qvidem Auguſtani in ſuâ Pharmacopæâ ult. edit. fol. 322. aëtiten aqvâ tormentillæ præparatum: Sed absqve dubio non eam ob cauſſam illum internè uſurpant, ob qvam externè applicatur. Ut enim magnes pulveriſatus vim trahendi ferrum ferè amittit, ita huic trito etiam vis illa ſpecifica partum promovendi absqve dubio perit.

Igitur *pulveri ſuo ſtegnotico.* D. D. Caſp. Guttmanus lapidis aëtitis nucleum interiorem, tanqvã adſtringentẽ, adjecit, in prædictâ pharmacopæâ f. 125. Vide Höchſtett. obſ. dec.

dec. 2. caſu 6. H. Mercurialis tamen T. 1. conſ. 101. eum confectioni contra abortum immiſcet.

J. C. Claudin. conſ. 34. inter â proprietate *abortum prohibentia*, Lapidem aëtiten ſive aqvilinum pulveratum, & ex vino nigro auſtero datum, non improbat, & S. Sanctor. l. c. eum, ut *facilitet partum*, deglutiendum eſſe innuit, ob virtutem aperiendi, rare faciendi vel calefaciendi.

Tribuuntur aëtiti præter prædictas & aliæ virtutes.

Utilis eſt *contra vertiginem, dolorem capitis* & aliarum partium, ſi eo tangantur. Teſoro delle gioie l. c. pag. 201.

Cum magnete intra ſcapulas geſtatus, *â catarrhis caput evacuat*.

Geſtatus lapis *comitiales paroxyſmos prohibet*. Albert. Magn. de virt. lap. pag. m. 36. & ex hoc J. Th. Tabernæmont. hydrotheſauro c. 6. pag. 109. cui additur etiam ſemen pæoniæ. Teſoro delle gioie l. c. Henr. â Bra in med. ſimplic. ad epilepſiam pag. 1. Tritus lapis ceratoqve exceptus *epilepticos paroxyſmos lenit*. Dioſcor. l. 5. c. 118. Rueus de gemmis l. 2. c. 23. B. Ronſſeius de human. vitæ primord. c. 44. pag. 201. Hinc eſt fortè qvod Serapio ſcribit, poni eum loco pæoniæ. Ol. Worm. Muſei l. 1. ſ. 2. c. 12. In qvem finem pul-

vis

vis aëtitis intro datur cum ſemine pæoniæ. Teſoro delle gioje l. c. Supenditur etiam de collo loco amuleti: Sebiz. diſp. de Epilepſiâ th. 115.

Atqve caducorum fertur prohibere ruinas
Marbodeus.

Magnopere *prodeſt arthriticis ac paralyticis* tritus & cerato cyprino aut gleucino, aut alio qvopiam calfaciente exceptus. Aëtius tetrab. 1. ſerm. 2, c. 32.

Contra *morbos cordis* pulvis ebibitus prodeſt. Teſoro delle gioje l. c.

In *pleuritide* datur pulvis drachmarum duarum pondere. Ibid.

Lac mulieribus auget, cum vino aut brodio potus. Ibid. Immò intra mammas ſaltem appenſum, lac augere, mulierculæ noſtræ firmiter ſibi perſuadent.

Jejunis datur *contra vermes ſeu lumbricos*. Teſoro ibid.

Succurrit *dolori colico & uterino*.

Verrucas, clavos, thymos & myrmecias applicatus ſanat. Kiranid. præſertim ſi ſæpius eo ad eruptionem ſangvinis usqve confricentur.

Pulvis intrò ſumptus *ſanat vulnera, & ſangvinis fluxum cohibet*. Teſoro l. c.

Aëtites alligatus *oſſa confracta reſtaurat*. G. Laurenberg. lit. F. 4.

Aëti-

Aëtitis medulla *ambuſtis ſuperpoſita medetur,* prohibet enim qvò minus puſtulæ erumpant. G. Lauremberg. lit. G. 6.

Prodeſt cùm ad alia plurima, tùm *ad rigores,* qvi per circuitus revertuntur, & præſertim ad *qvotidianas* facit, ſi corpori alligetur. Al. Trallian. l. 12. c. 7. circa finem.

Ad *omnes febres* facit qvinqvies aſſumptus pulvis in brodio. Teſoro l. c.

Commendatur *contra venena & veneficia* portatus ut carnem tangat. Matthiol. in ſimplic. medicam. facultat. B. Codronch. de morb. veneficis l. 4. c. 1. Teſoro l. c. p. 200. A Medico qvodam Doctore ſene in noſtrâ Franconiâ vidi eum immiſſceri Electuario Alexipharmaco.

Serpentes arcere & venenoſa animalia fugare creditur: & hanc ob cauſſam ab aqvilâ in nidum imponi narrant, ut ſupra dictum.

Ajunt Aëtiten lapidem geſtatum ut inguen contingat, prohibere, *ne inteſtinum aſſiduè delabatur.* Aët. tetr. 4. ſ. 2. c. 24.

Inter *ſaxifraga medicamenta* qvi numeret aëtiten, Medicum ex antiqvioribus vidi neminem. Ex communi tamen ſententiâ, qvâ lapidem lapis (ut lapis Judaicus, lyncis, &c. calculum renum & veſicæ) atterere dicitur, ce-

lebra-

lebratur etiam in calculoſâ paſſione. Hinc eum in catalogum lapidem reſolventium ponit H. Petræus Noſolog. harmon. T. 2. diſp. 40. theſ. 52. ex Paracelſo T. 2. de morb. Tartar. c. 18. pag. 242.

Ad eundem etiam uſum, calculum nimirum frangendum, ex hoc lapide qvintam eſſentiam elicit P. I. Faber myrothec. ſpagyr. l. 3. c. 23. Placet integram ἐγχείρησιν ex eodem annectere: Lapis aqvilæ contuſus & pulveratus, connectendus eſt cum pari qvantitate ſalis nitri & ſulphuris, & in tigillo forti ad ignem fortiſſimum igniendus eſt; & per tres aut qvatuor dies continuos in eo igne retinendus, donec optimè calcinetur & comburatur. Tunc demùm à Sale nitro per lotionem aqvæ dulcis multoties iteratam calx eſt vindicanda, & huic calci probè lotæ & ad ignem deſiccatæ affundendum eſt in vitro acetum acerrimum ſtillatitium, & vitro clauſo digerendum eſt id omne per qvindecim dies in balneo tepenti: tùm demum evaporandum eſt acetum affuſum in vitro magni oris, aut in ſcutellâ argentea; deinde poſt deſiccationem iterũ calcinandum eſt ſal illud in fundo remanens,& igniendũ per tres aut qvatuor horas; ignitũ ſolvendum eſt aqvâ pluviali ſtillatitiâ, ſolutũ filtrandũ eſt, ut probè depuretur ab excrementis omnibus,filtratũ evaporandũ eſt & deſiccandũ,deſiccatũ igniendũ & calcinandum

ut

ut prius, donec ſal habueris probè purum & nitidum, ſicut cera fundens & dulce ſicut saccharum: tandem ſal illud limpidum & clarum, & ad hanc profectionem deductum connectendum eſt cum ſpiritu vegetabili æthereo ex ſucco ononidis aut ſaxifragiæ extracto, in balneo tepenti per duos dies, deinde ſervandum in phialis optimè clauſis ad curam abſolutam calculi, tùm renum tùm veſicæ. Vires & uſus. In omnibus calculorum generibus, in qvibuſcunqve ſint locis & membris, mirè efficax, ſumendo ſingulis lunæ qvadris, cum aqvâ ononidis, ſummo mane, jejuno ſtomacho, à qvantitate drachmæ unius ad duas: poteſt ſiphunculo injici in veſicam ad calculum disrumpendum, & miros & ſtupendos præſtat effectus. Hæc Faber. ex qvo Pharmacopææ ſuæ Catholicæ eam inſeruit Nobiliſſ. & Excellentiſſ. Dn. D. Horſtius l. 3. fol. 71.

Ingreditur aëtites etiam compoſitionem liqvoris diuretici, vel lithontriptici in noſtrâ officinâ pharmaceuticâ Suinfurtenſi uſitati, cujus deſcriptio talis eſt: ℞ lapidis ſpongiæ, hominis, aqvilæ, lyncis, Judaici, oculorum cancri, cryſtalli, ana part. æq. contundantur, & miſceantur cum pari qvantitate nitri: calcinentur, laventur & edulcorentur exſiccentur lento igne: pulveriſentur & indantur in phialam vitream, ſuperfundendo ſpiritum ſalis ad emi-

nen-

nentiam duorum digitorum ſupra materiam, digerantur in cineribus vaſe probè clauſo qvinqve dierum ſpacio: poſtea ſpiritus ſalis per deſtillationem abſtrahatur. In fundo remanebit maſſa, qvæ in loco frigido & humido poſita, reſolvitur in oleum, qvod exſiccetur lento igne. Poſtea reſolvatur in frigido & iterum exſiccetur. Hoc repetatur donec non amplius exſiccetur, ſed permaneat in conſiſtentiâ olei, qvod oleum lapidum nominatur.

Doſis hujus guttæ 5. vel 6. in aqvæ ſeqventis ℥jſs. præmiſſo ſpecifico purgativo nephritico vel electuario lenitivo antinephritico Qvercetani in pharmacop. dogmat. reſtitutâ deſcripto c. 13. pag. m. 281.

R. Succorum porri, cepæ, raphani, piloſellæ, ſigilli Salomonis ex radicibus, argentinæ, parietariæ, depurator. in M. B. ana ℔s. ſucci limonum depurati ℥x. cryſtallor. Tartari ℥ij. ſpec. diatragacanth. frigid. ℥is. cryſtalli calcinati cum æq. qvantitate nitri, loti & edulcorati, blandoqve igne exſiccati ℥j. pulpæ caſſiæ recen. extractæ ℔s. terebinth. Venetæ ℥j. ſtercoris culumbi albi ℥ij. Omnia, contuſis contundendis, indantur in alembicum vitreum, & deſtillentur in cineribus igne moderato ad ſiccitatem.

Qvæ tamen aqva, præcipuè ob additam

 criſtal-

cryſtallum deſtillationi ineptam, vix effugiet qvorundam animadverſionem.

Compendioſiorem proceſſum liqvorem prædictum ex iiſdem ferè ſimplicibus parandi docet Reineccer. theſaur. Chym. l. 3. pag. 106. 107 ℞. oculor. cancri, lapid. Judaici, lyncis, ſpongiæ, lazuli, aqvilæ, glaciei vel ſpecularis, ana part. æq. Reſolve in ſpiritu vel oleo ſalis. Si reſoluti ſunt, reſolutum clarum defundatur de fecibus. Clarum coagula ſuper cineribus calidis in vaſe vitreo, reſolve in marmore. Denuò coagula. Idqve toties repete, donec non amplius coaguletur. ℞. hujus guttas aliqvot in vino cottidiè. Reſolvit calculum & per urinam expellit illum mucilaginis inſtar.

Hunc eundem liqvorem deſcribit etiam C. Kühnrath medull. deſtillator. part. 1. pag. 235. A. Libav. Syntagm. arcanor. Chymic. T. 1. l. 3. c. ult. M. Untzer. de Nephritide l. 2. p. 238. J. Schröder. pharmacop. med. Chym. 3. edit. l. 2. c. 66.

Jan. Pharamund. Rhumel in Baſil. Chym. p. 153. tale habet Nephriticum: ℞ occul. 69. lap. Judaici, pumicis, ſilicis, l. ſpongiæ, l. lyncis, aëtitis, l. carpionum, ſuccini, cryſtalli, corall. ana part. æq. ſuperfunde ſpir. ſalis, ut 4. digitos emineat: repete affuſionem ſpir. ſalis, donec nihil amplius ſolvat: ſolutiones

omnes

omnes deſtilla per alemb. ad ſiccitatem: pulverem in cellâ ſuper marmorem reſolve in liqvorem. Doſis à g. 10. ad 20. in cochleari ſpiritus calcis vinæ.

Sal contra calculum Crollii Baſil. Chym. pag. 147. qvod etiam ex eâdem deſcribit J. D. Mylius Baſil. Chym. l. 4. c. 26. pag. 457. Untzer. l. c. pag. 239. cum oculis cancri, calculo microcoſmico, lapide Judaico, Lyncis, ſpongiæ cryſtallo, eundem recipit aëtiten, & præterea ſilicem, lapides cyprinorum, percarum.

Norvvegicus autem aëtites mas hac peculiari præ cæteris dote virium valet, ut ſi urina ſuper illum reddatur, eademqve poſtea exhauriatur, frangat ac comminuat tàm renum, qvàm veſicæ calculum. Fæmina verò cum aliis hoc habet commune, qvod parturientibus auxilium præſtet. Guil. Laurenberg. tr. de Aëtite lit. G. 2.

CAP. VI.

De viribus aëtitis fabuloſis.

VEnio ad virtutes aëtitis fabuloſas, vel, ut loqvitur A. M. Braſavol. l. c. ad ſuperſtitiones & infinitas vanitates, & propè puerorum deliramenta: aut ut ſcribit Sanct. Sanctor. meth. vitand. error. l. 8. c. 11. ad omninò falſa & impoſſibilia, qvæ in hoc lapide fiunt.

Κλεπτέλεγχος γίνεται: ad furem enim depræhendendum, teſte Dioſcoride l. 5. c. 118. Aëtio tetrab. 1. ſerm. 2. c. 32. J. J. Weckero ſecret. l. 17, pag. 850. ex J. B. Porta, olim panis aëtitis pulvere commixtus ſuſpecto porrectus fuit. Qvi ſi criminis conſcius erat, eum deglutire non poterat. Et hæc conſuetudo etiamnum apud Græcos in uſu eſt, ſcribente ita P. Bellonio obſerv. l. 20. c. 23. qvâ, lapidis hujus facultate, furta manifeſtent. Furem enim depræhendere volentes Græci, omnes furti ſuſpectos ſimul evocare ſolent: ſe enim adfuturos pollicentur. Multis autem id ceremoniis peragitur: admurmurant enim Calojeri multa verba, dũ maſſam pinſunt ſine fermento, è qvâ parvos panes conficiunt, ovi magnitudine: horum ſingulis, qui convenerunt, terni devorandi, totidem bolis, nullo potu addito, deglutiendi præbentur. Id experimentum nos fieri vidimus, atqve qvi furtum commiſerat, nunqvam tertium panem devorare potuit: qvin imò, dum deglutire niteretur, parùm abfuit qvin ſuffocaretur. Propterea rejicere conatus eſt. Monachi Græci id obſervant tanqvam peculiare ſecretum, nec cuiqvam communicare volunt. Intelleximus tamen, illos lapidis aëtitis pollinem ſuæ maſſæ, dum panes hos conficiunt, inſpergere. Hactenus Bellonius, è qvo etiam mutuatus eſt

A. Bac-

A. Baccius de gemmis c. 38. B. à Boodt de lap. & gemm. l. 2. c. 198. Tradunt etiam ſimul cum eduliis coctum, fures arguere. Neqve enim poterit fur devorare, qvæ cum ipſo cocta ſunt. Aëtius l. c.

Sed hujuſmodi qvid ſi contingat tantum furi, ſpiritu maligno cooperante fieri non dubito; proinde ab homine Chriſtiano ſcrutinia ſimilia rejicienda, tanqvam ſuperſtitioſa, ſunt, inqvit B. à Boodt. l. c. Id experimento etiam non reſpondere ſcribit Mizald. memorab. cent. 7. §. 90.

Mitto qvæ de hoc lapide præſtigioſi illi ac toto cælo aberrantes magi nugantur: neqve enim uxorum furta depræhendere, vel futura præſagire hunc citra incantamenta poſſe crediderim. Fr. Rueus de gemm. l. 2. c. 23.

Cauſſam tamen naturalem reddere conatur I. B. Porta, Magiæ natur. l. 20. c. 8. qvod pulvis, qvi ex eo conteritur, adeò ſiccus eſt, ut ſicciſſimum panem efficiat & pumicoſum, & qvi non niſi maximo conatu glutiri poſſit, qvum in gutture fuerit. Accedit ad id, qvod qvi furtum invenire qværit, dicat adſtantibus, qvi fures exiſtimantur, rem miram facere, & maximè eam magnificare, ei enim qvi ſubripuit; timore & perterrefactione exiccatur guttur, & ſitis inducitur; unde pulveratum

tum panem glutire minimè poteſt, nam hæret gutturi, qvi alioqvi ſine timore exiſtens, vix glutire poſſit.

Judicium de hac cauſſâ aliis committo. Annon hoc ipſum etiam à pulvere alterius lapidis, ut pumicis, gypſi cretæ, vel pane Cazavi ex hyuccâ Canedanâ, &c. contingere poſſet?

Pumicis farinam potores in certamine bibendi præſumere, ſed niſi immenſo potu impleantur, qvod pumex exſiccet vehementiſſimè, periclitari, ex Theophraſto de hiſtor. plantar. l. 9. c. 18. ſcribit Plin. l. 36. c. 21. Cæſalp. de metall. l. 2. c. 50.

Gypſum ſtrangulatorium eſſe, innuit Dioſc. l. 5. c. 92. & l. 6. c. 24. Cretæ facultas ſiccans manifeſta eſt.

Panem bis coctum Cazavi qvi comedere vellet alterâ manu vaſculum aqvâ plenum perpetuò tenere neceſſum habet, alioqvin minimè deglutire poſſet, Ol. Worm Muſei l. 2. c. 12. ex Manaſde.

Elegans tamen proverbium inde ſumi conveniet: Aëtiticus panis huic porrigendus: in hominem cui furandi vitium naturâ ſit inſitum. A. Baccius l. c.

Si ſupponatur aëtites patinis venenum continentibus, comedentes *illud ferculum deglutire non poterunt*: qvod à qvodam fra-

trum

ſtum ſuorum ſenſibiliter examinari vidit Albert. Magn. de virt. lap. pag. m. 36.

Idem, ut tradunt Chaldæi, ſi venenato cibo miſceatur, *probibet ne deglutiri poſſit.* Mizald. cent. 5. §. 10.

Sed hoc ſi contingit, absqve dubio ob ſiccitatem lapidis, etiamſi nullum venenum cibo immixtum ſit, contingit.

Si eduliis imponatur, dubitationem eximet, *an qvis amicus vel inimicus fuerit:* amicus enim evomet: remoto verò lapide, absq;nauſeâ edet. Ex qvodā Mſcr. & Marbodeo,

Geſtatus *amorem generare* inter aliqvos duos; (Alb. Magn. l. c. pag. 35.) inter virum & mulierem, (Mizald. cent. 5. §. 10.) & *divitias augere;* (Evax in lapidario) præterea *invictum, omnibusq; gratum geſtantem efficere* (Camill. Leonard. ſpec. lapid.) traditur.

Confert præterea *geſtanti ſobrietatem,*
Auget divitias, & amari cogit habentem,
Victoremqve facit populiqve favoribus ornat,
Incolumes pueros dat vivere ſive puellas
Marbodeus.

Ac elargiri credunt hunc ſobrietatem,
Et multum acceptos reddere poſſe viros.
Güntherus.

Aqvilæ ſtantis figuram, ſi in aëtite ſcul-

ſculptam invenies, & in annulo plumbeo po-nes, ferens eum erit acceptus & amatus ab ho-minibus, & *animalia obedient ei.* R. Gocleni-us tract. de unguent. armar. pag. 90. ex ima-ginibus ſeu ſigillis Chaëlis. Vide etiam ibid. pag. 98.

Fructus arborum retinet in ſummi-tate earundem alligatus; inferius verò, facit ut decidant. Qvod etiam credere videtur G. Smollius, dum ita ſcribit: Aëtites fœtum at-trahit, & partum accelerat, ſuppoſitus; ſuper-poſitus corroborat: qvod etiam plantis com-municat. Manual. rer. admirab. c. 18. pag. 125. (eodem nimirum modo, ut de partu dictum: ſi credere fas eſt.)

Nihilominus de aëtite Papinius in Thea-tro Sympathetico pag. 262. Idem pariter circa appenſos arboribus fructus præſtat, ut propri-is oculis in ficu expertus ſum. Huic enim ſub-miſſo lapide, omnes ſpontè groſſuli minus ho-ris decem deorſum ceciderunt. Nota autem hinc arborem ſterilem redditam, ſed fronid-bus ſolito viridoribus luxuriaſſe. Et pag. 326. velut & de Ætites in arborum fructus deor-ſum proliciendos.

Hoc in malo experiri volebam Anno 1662. ejus caudici duos lapid. aëtites alligando per ſex dies: Sed firmiter hærebant poma nec u-nicum decidebat.

Aqva

Aqvæ bullientis in lebete fervorem extinguit. Oppian. in Ixeuticis. Sed aqvæ injectum ſtridorem varium edere, verum eſt: ſed prius falſum. G. Laurẽmb. etiam periculum hujus rei fecit cum 10. aëtitis diverſis, verùm nullus tàm validus fuit, illud ut efficeret.

Nihil igne deperdit. Plin. l. 10. c. 3. S. Majol. dier. canicul. T. 1. colloq. 18. pag. 400. Bis unum hujus generis candefeci, qvi nihil inde lædi aut mutari viſus eſt, ne colore qvidem: ut conjiciam eandem ferè ejus ſubſtantiã eſſe, qvæ argillæ illius, è qva vaſcula fuſoria aurifabrorum fiunt. Geſner. l. c. fol. m. 183.

Et omnia hæc, qvæ dixi, de aëtite in ſpecie dicto intellecta volunt, qvi hæc prodiderunt. Qvamvis Plin. l. 3. c. 21. aëtitas omnes hanc vim habere ſcribat.

Callimus easdem à nonnullis putatur habere vires, qvas aëtites. B. à Boodt. l. c. c. 200.

CAP. VII.

De viribus Geodis & Enhydri.

Geodes adſtringit & ſiccat, caligines oculorum diſcutit: illitus autem ex aqvâ, teſtium mammarumq́ inflammatio-

nes ſedat. Baccius l. c. ex Dioſcor. l. 5. c. 126. Galeno l. 9. ſimpl. P. Æginetal. 7. c. 3. Plinio l. 36. c. 19. Aëtio tetrab. 1. ſ. 2. c. 28. O. Worm Muſei l. 1. ſect. 2. c. 12. Galenum per Oſtracitem aëtitis ſpeciem intellexiſſe putat.

Mammas turgidulas puellarum compeſcit, ſi aceto calido inſpergatur & ſæpius applicetur: teſtibus autem utilis eſt fortè propter ſignaturam & figuram, qvam cum teſtibus communem ſortita eſt. Guil. Lauremberg.

Qvamvis B. à Boodt l. c. 201. geodes nullius eſſe uſus, qvod ſciat, dicat; niſi qvis dum exactè rotundi ſunt, iis majoribus bombardis explodendis uti velit.

Non ſanè video, (reſpondet ad hæc præfatus Lauremberg.) qvomodo in globorum locum geodes qveant ſubſtitui, cum cavi ſint, ac proindè facilè frangantur, viqve pulveris pyrii in minutisſimas qvasqve partes disrumperentur & contererentur.

Argilla vel marga geodi incluſa *terræ ſigillatæ facultatem obtinet.* Svvenckfelt l. c. B. à Boodt l. c. c. 198.

Lota enim *peſti, febribusq́ peſtilentibus* correptis, cum aqvâ acetoſæ propinata, auxilio eſt. Sudore enim malum omne expellit ac cor recreat; qvin etiam obſervavit

vit in nonnullis *album movere*, prodiđus B. â Boodt.

Guil. Laurembergius, electuarium qvoddam, inſigne peſtis præſervativum, deſcribit, qvod ingreditur medulla geodis in aqvâ ſcordii lota.

Advenena danda cum vino vel aqvâ carduibenedicti.

Dyſenterias malignas, aliosqve *alvi malignos fluxus* compeſcit, in aqvâ Chalybeatâ vel aqvâ foliorum qvercus. Idcircò in pulverem ſtegnoticum D. Caſp. Guttmanni aſſumitur, de qvo ſupra c. 5. & in pulverem Cl. Deodati, Panth. hyg. l. 3. c. 24.

Carbunculo ſpeſtilentes pota cum vino oligophoro ac ſpiritu vitrioli diſcutit. ac cor ab omni labe tuetur. Boodt.

Hæmorrhagiam narium cum albumine ovorum temporibus illitum ſiſtit. G. Lauremb. G. 7.

Pulverem medullæ geodis goſſypio impoſitum & *frigore læſis membris* applicatum, eadem reſtituere & ad priſtinum ſtatum reducere nuperrimè in puero experimentum feliciter fecimus. Idem G. Lauremberg.

Enhydros *ad in cenſivas febres* valet. Camill. Leonard. ſpec. lapid l. 2. c. 7. pag. 100.

CAP.

CAP. IIX.

De pretio aëtitis.

Quoad valorem, ſcribit B. â Boodt l. c. c. 199. orientales â generoſis & nobiliori-bus fœminis magni fieri, ob ſingularem ad partum promovendum facultatem, ita ut aliqvando decem, etiam viginti thaleris, ſi grandiuſculi & mali Armeniaci magnitudinem habeant, vendantur. Germanicos viliores eſſe, plerumqve tamen ſi pulli & ferruginei coloris ſint, ac non adeò ſcabri, ſingulos thalero uno aut duobus venire, etiam pluris, ſi magni fuerint.

Verùm hodiè minoris veneunt. Æſtimatur enim aëtites unus in taxâ additâ diſpenſatorio Auguſtano, ult. edit. â 16. ad 24. cruciatos: â Francofurtenſibus ab 8. ad 12. albos: â Friburgenſibus in Briſgojâ, duobus ſolidis.

Uncia dimidia â Moguntinenſibus pro 12. albis: ab Haſſiacis pro 20. albis: â Wittenbergenſibus pro 7. groſſis: â Bremenſibus pro 10. groſſis &c.

Et tantum de Aëtite.

Appendix de lapidibus gravidis, qvi non cadunt ſub cenſum aëtitarum.

Lapis gravidus eſt, qvi intra ſe in qvâdam qvaſi alvo continet *vel terram*, vel *ſuc-*

cum liqvidum, vel *alium lapidem*. G. Agricola de natur. foſſil. l. 10. c. 22. & de ortu & cauſ. ſubterran. l. 4. c. ult. Matthiol. in præfat. in l. 5. Dioſcorid. ex Agricola.

Qvibus addenda *animalia*, ut *piſces*, *conchylia*, &c. eaq; aut viva, aut lapidea, horum figuras formasqve repræſentantia.

Saxa Kempnicenſia inderdum continent *margam*: qvæ, qvia cum ſalpuntur, excidit, fiunt foramina. Agric. de nat. foſſil. l. 7. c. 17. & l. 10. c. 22. Hæcqve medulla qvandoqve viridis eſt in ſaxis ſupra Hilberſdorfium. Kentmann. nomenclat. rer. foſſil. pag. 6. P. Albin. chron. Miſn. metall. tit. 23. f. 176.

Saxa Torgenſia intra ſe habent *medullam ſaxi candidam*, fluidam & pinguem. Kentmann. l. c. P. Albin. l. c. f. 175.

Saxis Rochlicenſibus ineſt *medulla candida, fluida & dura: rubra mollis: in candido rubra*. Kentm. l. c. Albin. l. c.

Saxa Pirnenſia gravida ſunt *medullâ piceâ*. Kentm. l. c. Albin. l. c. f. 176.

Lapides concavi, ferri venis innati, varia terrarum in ſe habent genera, uti dictum c. 2. de aëtite: ſed de iis commodius agitur, ubi de ferro tractatur.

Bitumen liqvidum, interdum ſuavi odore, in ſaxis tanqvam in vaſis concluſum invenitur. Agric. de nat. foſſ. l. 5. c. 17. *Ole-*

Oleum fragrantiſſimum intra ſilicen latitaſſe, ſcribit Alexan. ab Alexandro, Genial. dier. l. 5. c. 9.

Saxa qvædam interdum *ſilices, potiſſimùm nigros,* in ſe continent, qvi ferro percuſſi exiliunt, unde efficiuntur inæqvalia interdum *lapillos gemmis ſimillimos*, qvi ut primò ad ornatū videantur decori, poſt excitentes, ſaxa relinqvunt cavernulis plena; ut in Elbogano, maximè in arce Hertebergiâ videre licet. Agric. de nat. foſſil. l. 7. c. 17.

Lapides albi teſſellati in ſaxo duro propè thermas Carolinas, Elnbogenam urbem, & Freüdenſteinii ad Schnebergam. P. Albin. Miſn. metall. tit. 22. fol. 168.

Neapuli in diſciſſo marmore politisſimus *Adamas* inventus, relatusqve regiam in gazam miraculo fuit. Alex. ap Alexandro genial. dier. l. c.

Megare in Saxo valdè albo & reliqvis lapidibus molliori, undiqve inſunt *conchæ marinæ,* qvod iccircò lapidem conchitem appellant, ex qvo, ut autor eſt Pauſanias, fuit monumentum Phoronei, & multa opera in urbe Megarenſium. Id genus ſaxa reperta ſunt etiam in Theſſaliâ, in Hæmonia, in Macedoniâ, in montibusCalabriæ: ſimiliter ſaxa, qvæ effodiuntur ad Lutetias Pariſiorum, non rarò

re

cochleas habere ſolent. Agricola de nat. foſſil. l. 1. c. 17. & l. 5. c. 15. & l. 10. c. 22. & l. 1. c. 13.

Conchis marinis diverſis non lapideis, ſed oſſeis, ac genuinis, qvales in Theſſaliæ & Hæmoniæ lapicidinis multas reperiri auctores ſcripſerunt, marmor refertum vidit Alex. ab Alexandro genial. dier. l. 5. c. 9.

Conchæ innumeræ in ſaxo dageſthano Tartarico, propè oppidum Tasku ad mare Caſpium, obſervatæ â M. Adamo Oleario, in deſcriptione itineris Perſici, fol. 507. & 288.

Conchæ ſtriatæ, pectines, cochleæ in unâ maſſâ ſeu lapide, ex promontorio Hiſpaniæ, non procul à civitate S. Lucas dictâ ſunt apud Olaum Worm, in Muſei l. 1. ſect. 2. c. 13. f. 89.

Eſt apud nos circa Suinfurtum Franconiæ, non rarum, ſaxum qvoddam calcarium, (Wackeſtein) è qvo & calx conficitur, & qvo viæ plateæqve ſternuntur, cui includuntur, ſicut piſa lapidea ſtalagmiti, lapides opaci, colore cinereo vel ſub fuſco læves, longiuſculi, in dorſum elati ſeu convexi, alterâ parte magis plani, mucrone aliqvomodo intus replicato, ut in conchæ ſtipatæ, ſeu capatonda Venetorum teſtâ alterâ, cum parvo foramine vel acetabulo qvaſi, in eodem mucrone; durities iis ſilicea, cui etiam qvoad ſubſtantiam ſimiles.

Hos

Hos ex alveolis extractos vulgus noſtrum **Krötenſtein** appellitat, argento includit, & (ad qvem uſum neſcio) de collo ſuſpendit. Et qvamvis lapillos hos ſaxo, tanqvam matrici, incluſos ante oculos habeat & pedibus terat, non tamen animadvertit, ſed pro peregrinis aut lapidibus bufonum habet. Hinc & ego eos *Crapaudinas minerales vulgi* vocare ſoleo. Rectius eos *lapides conchites appellares*. Copioſè qvoqve (uti ad me perſcripſit Cl. Dn. J. M. Uhl, M. D. & medicus provincialis Schleuſingenſis) reperiuntur hi lapilli in rivulo propè oppidulum Rodach, diœceſis Coburgenſis.

Et hi abſqve dubio ſunt, de qvibus loqvitur Val. Cordus ſylv. obſervat. fol. 219. Lapis calcarius undiqve eſt circa thermas Malliacas, **wißbaden** / in montibus & circa oppidum undiqvaqve; qvi conſtat totus veluti *minutis oblongis conchis*. Et Joh. Gorop. Becanus Niloſcopii l. 3. fol. 237. Vidi in ſilice duriſſimo, Bothunis advecto, qvo viæ apud nos ſternuntur, tot *conchulas totas lapideas*, & concluſis valvulis integras, magnâ ut curâ & arte ex illis fuiſſe cæmento aliqvo compactas, judicaretur. Seqvitur figura lapidis.

Huic non multum diſſimile videtur *Bezoar minerale* à Baſilio Beslero in faſciculo rariorum depictum. Inter

Inter lapides in antro illo propè Altorfium Noricorum, Teufelsloch vel Teuffels Kirch dicto, inventos, qvi ſerpentes in ſpiram revolutos, vel potius cornua Ammonis referunt, mihi qvidam eſt, qvi *conchulas conchæ rhomboidi* vel muſculo ſtriato ſimiles, aureiqve coloris armaturâ obductas, continet.

Saxa cinerea, in qvibus *conchæ bivalves*, reperiuntur in arenis in Luſatiâ. Ketmann. pag. 55. P. Albin. chron. Miſnens. metallis. tit. 22. fol. 168.

In lapide tofaceo Miſnenſe inveniuntur *conchæ planæ & turbinatæ*. G. Fabric. annal. urbis Miſnæ l. 3. fol. 114. Kentmann. pag. 38.

Pecten in ſaxo arenario candido in Thuringiâ propè arcem Beichlingam. Kentmann. pag. 55. P. Albin. l. c. tit. 19. fol. 153. & tit. 22. fol 168.

Pecten in ſaxo calcario, ad pagum Eul juxta oppidum Tetſchen in Bohemiâ invenitur. P. Albin. l. c. tit. 22. fol. 170.

In ſaxo tofaceo albo, qvi ſecatur dentatâ ſerrâ, reperiuntur *cochleæ lapideæ*. Fallop. de metall. & foſſil. c. 9.

Lapis cum *cochleis lapideis*, partim extantibus, partim in eo latentibus, ita ut totus ex eis compoſitus videatur. Poteſt autem *cochlites* vocari: eſt apud Geſner. de figur. lapid. pag. 165.

Oſſa animalium in lapidibus in pago Zichen, apud Trajectum ad Moſam reperiuntur. S. Majoll. dier. canicular. T. 1. colloq. II. pag. 419. ex Georgio Braun in Trajecto ad Moſam. Qvæ ex diluvio generali, aut etiam alio caſu defoſſa terræ viſceribus diuturnitate temporis concreta, ſolidataq; humo, ipſa ſibi ſervata eſſe, putat S. Majol. Sed de his alio loco, ubi de Unicornu minerali agitur.

Serpentes, ranæ, bufones, piſces, ſæpè mediis in ſaxis & marmoribus inventi.

Generantur autem hi ex lapidis ſubſtantiâ humidiore putreſcente, ut vermes. Cæteri ob ſolidiorem ſubſtantiam, vivaciores ſunt: atqvè ob id contactu ſuo lapidem atterunt, & ex illo attrito atq; corrupto nutriuntur augenturq; Cardan. de rer. variet. l. 7. c. 29.

In Latio Martino V. Pontifice *ſerpens viva* in mediâ petrâ, cum ſcinderetur, inventa eſt, ſupervixitqve, qvanqvam nulla reſpirationis veſtigia eſſent in ſolido ac vaſto lapide. S. Majol. l. c. ex Fulgoſo l. 1. c. 6. Cardan. de rer. var. l. c. *ſerpentes vivi* marmori incluſi. Nardius in annotat. 1. noct. genial. 4. pag. 266.

Antwerpiæ latomus qvidam *vivum bufonem* in medio marmore invenit. J. Gorop. Becan. Niloſcop. l. 3. fol. 239.

Bufo

Bufo in ſaxi medio, dum ſecaretur, inventus Auguſtoduno arce Virodunenſis agri. S. Majol. l. c. J.E. Nieremberg. hiſtor. naturæ l. 6. c. 13. itidem ex Fulgoſo. Bolducius pag. 715. Paræus in medio lapidis duriſſimi invenit incluſum *vivum bufonem*. l. 25. c. 18.

Rana venenata in ſaxis ita ſolidis, ut nulla foramina, qvæ videri poſſint, appareant, cum cuneis dividuntur, qvo ſanè modo Snebergi & Mannisfeldi fuit inventa. Ex eâ ſubterraneis cavernis elata in lucem, primò turget & inflatur, mox de vitâ decedit. Talis etiam rana crebrius reperitur in Gallis Tolosæ, in ſaxo arenaceo rubro, candidis maculis diſtincto, ex qvo molæ fiunt: qvocirca id genus ſaxa omnia, priusqvam molas ex eis faciant, perfringunt: qvod ni fecerint, ranæ, ubi cum molæ verſantur concaluerint, inflari ſolent, & diſruptis molis frumenta veneno inficere. Agricol. de animant. ſubterran. fol.m. 500. & qvi hunc allegat Weinrich de monſtris, & Libav. Singular. part. 1. pag. 256. Melch. Guil. comm. in Plin. de Papyro pag. 11.

Refert etiam, in ipſis lapidibus *ranas & bufones, cancrosq́* qvod magis mirum eſt, ſed mortuos repertos, Cardanus de rer. variet. l. 7. c. 29.

Qvid mirabilius *beſtiolâ* in præduri mi-

nimèqve pervii lapidis viſcere nata? Exploratum enim eſt, è magno, turiſſimo, compactoqve lapide ſciſſo beſtiolam prodiiſſe, non è ſuæ ſpeciei ſeminario, ſed ex materiâ humoreqve intus latente, atqve vi extrinſecus influente genitam. Servius in Tractatu de fœtu extra uterum in abdomine detento, pag. 18.

Cochleas in ſaxis repertas calor concluſus ex materia pingui & lentâ efficere videtur: & ex eâdem gignere *muſculos, murices, conchylia*. Sed terra qvantò eſt craſſior, qvam mare; tantò ea magis imperfecta gignuntur. Agric. de ortu & cauſ. ſubterran. l. 4. c. ult.

Piſcibus prægnantes lapides inveniuntur in litore Anconitano. S. Majol. dier. canicul. l. c. pag. 419.

Fuſius ſaxa hæc deſcribit J. Gorop. Becan. in Niloſcop. l. 3. fol. 241. In litore Anconitano, inqvit, ſaxa magni ponderis, qvinqvaginta & plurium etiam librarum, è mari trahuntur: his colos & conſtitutio exterior ea eſt, qvæ lapidi aëtiti; rudis nimirum & non difficilis læſu aut tritu; interior verò cruſta aut tunica dura eſt, & qvæ poliri poſsit, haud ſecus atqve interior Aëtitæ tunica: colore etiam ſubcæruleo, ne hac qvidem notâ ab Aëtite diſcedens. Rumpuntur hæc ſaxa majoribus malleis ferreis, magnâ vi impactis, non qvò in-

intus, ut in aqvilæ lapide, alius calculus inveniatur; ſed qvò *piſciculi delicatiſſimi* extrahantur, ejusdem generis cum *Solenibus*, qvas *Cappas longas* Veneti appellant; ſed eò delicatiores, qvod non aqvâ marinâ, ſed rore qvodam tenuisſimo, per lapidem imbibito, paſcantur. Hi plures numero, ad viginti, modò plures, modò pauciores, ita ſaxo includuntur, ut ſingulis ſuus ſit nidus, ad magnitudinem & figuram piſcis omnibus lineamentis reſpondens, inter nidos ſaxeo interſtitio relicto. Ex his veluti è vaginulis rupto lapide eximuntur integri Solenes, ad palatum & lumbos delicatiorum plurimum facturi.

In litore maris Adriatici etiam cochleæ vel oſtrea, vel dactyli ſeu glandes, vivi & comeſtibiles in lapidibus inveniuntur. De his Matthiol. in præfat. in l. 5. Dioſcoridis ita: Nec mirum culpiam eſſe debet, qvod ejusmodi conchylia in lapidum medio orta, ibi diutius concluſa, ipſis cedente lapide, creſcant & vivant. Siqvidem ego certò teſtari poſſum, me vidiſſe non longè à Timavo fonte propè Duinum caſtrum in Adriatici litore ſitum, ubi maris alluit unda, lapides à ſociis malleis ferreis frangi, atq; in illis plurima reperiri conchylia, qvæ dactylos â formâ & colore vocant: ſunt enim palmarum caryoti ſimilia. Hæc eadem me aliqvando comediſſe memini in

Caſtro Goritiæ in opiparis menſis illuſtris ac clari Comitis Franciſci â Turri, &c. qvæ ſanè non minorem, qvam oſtrea, in cibis gratiam habere comperi. In ipſo qvoqve Duini caſtro iisdem veſci contigit apud magnificum Matthiam Hofferum &c.

Et tales haud dubiè fuerunt oſtreæ, qvas extraxit aliqvando ex ſaxis G. Fallop. de metall. ſeu foſſil, c. 9. qvæ profunt aptæ pro cibo, non tamen in ſaxis illis ſunt factæ lapideæ, qvoniam ibi adeſt aqva marina, qvâ aluntur.

Pholades conchæ etiam ita in ſaxis latent, ut ſaxo undiq; contegantur, per foramen duntaxat exiguum & ſenſui vix patens, aqvâ nutriuntur. In Saxis adeò duris naſcuntur, ut non niſi ferreo malleo diffracto ſaxo diſtrahantur Geſn. hiſtor. animal. l. 4. de aqvatil. fol. m. 713. ex Rondeletio: ex qvo etiam deſumſit Jonſton. hiſt. nat. de exang. aqvat. c. 2. artic. 5. puncto 7.

Parvi ſerpentes, lacertæ, ſalamandræ lapideæ, in ſaxo calcario propè Bambergam inveniuntur. P. Albin. chron. Miſn. metall. tit. 22. fol. 170.

In Saxis Lanarũ (tractus eſt hic agri Vaſatenſis) ad pagũ, qvi Cohors dicitur, cancros ſaxeos multos vidimus: procul à mari plurimũ, à Garumnâ triginta circiter millibus paſſuum. Scaliger. Subtil. exerc. 196. §. 9.

Lapi-